BAPTISTÆ CODRONCHI,

PHILOSOPHI AC ME-dici Imolenſis,

DE RABIE, HYDROPHO-bia communiter dicta, libri duo.

De Sale abſynthij libellus.
De iis, qui aqua immerguntur, opuſculum:
ET
De Elleboro commentarius.



FRANCOFVRTI,
Typis Matthiæ Beckeri, Impenſis
Hæredum Nicolai Baſſæi.

M. DC. X.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO D. DOMINICO Gymnasio S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali amplissimo, &c.

QVI sibi viuit soli, hunc Aristoteles aut multo præstãtiorem homine, aut multo deteriorem existimat, & à Platone sapientissimo scriptum legimus, Hominem non vni sibi natum. Quod quidem ego nõ modo philosophicis admonitionibus, sed & longe melioribus, Christianæ charitatis, ac beneficẽtiæ præceptis imbutus, iam inde à prima ætate ita mihi seruandum proposui; vt ex variis, assiduisq; occupationibus meis aliquid pene quotidie subtraxerim temporis, quod in cõmunem vtilitatem impenderim. Hinc pro-

Opera authoris huc vsq; edita.

diere opuſcula illa, quæ non paucis ab hinc annis à me ſunt edita, de Chriſtiana ac tuta medendi ratione, de baccis orientalibus, de antimonio, de morbis veneficis, ac veneficiis, de vitiis vocis, aliaq; non nulla tibi fortaſſe haud ignota; nõ illa quidem magnæ operæ, aut laboris, neq; cum multorum noſtri ſeculi Medicorum lucubrationibus cõferenda; ſed tamen eiuſmodi, quæ meum de medica facultate benemerẽdi ſtudium facile teſtentur. Cum vero hæc qualiacunq; ſubciſiuarum horarum veluti collectanea præſtantibus viris non improbari cognouiſſem; effectũ eſt, non modo, vt mei me præteriti laboris non pœniteret, verum etiam ad noua meditãda vehementius inflammarer. Quo animi ardore incẽſus cum multa iam pridem maiore fortaſſe conatu, quam viribus moliar, in quibus ex diligenti lectione, & accurata obſeruatione, praxique medendi, vtilem ſane medicinę ſtudioſis nauari operã poſſe didici, quatuor

tuor tñ potiſſimum viſum eſt in præ-
ſentia perficere: Quorum vt mihi re-
cens occaſio accidit, ſic cæteris præ-
ſens vtilitas futura videretur. Primũ
quidem de canis, ſeu alterius anima-
lis rabidi morſu, atque contagio, ex
quo rabies gignitur, morbus in ho-
mine prope dixerim portentoſus, &
ad hæc vſque tempora, mea quidem
ſententia, omnino inſanabilis, quam
quidem diſputationem, cũ inter le-
gendum, ac commentandum (legi
autem ſcriptores, quam potui pluri-
mos, ac commẽtus ſum, quam licuit,
diutiſſime) cum difficillimis quæ-
ſtionibus refertam, grauiſſimiſq; cõ-
trouerſiis implicatam offendiſſem;
collegi, quæ colligenda duxi, eaq; in
duos libros diligentia, quanta potui,
maxima, digeſſi: ratus operæ pre-
tium me facturum; ſi medicinę can-
didatis in re nihilo minus ardua, quã
neceſſaria, aut lucis aliquid, aut opis
afferrem.

Deinde, cum multis & meis, & a-
liorum experimentis cõpertum ha-

berem, absynthij salem medicamenti esse gen⁹ æque salubre, ac nouum: quippe cuius vires effectusque plane mirabiles tanquam ignoti, à nemine adhuc, quod scirem, saltem pro dignitate scriptis traditi essent; de hoc quoque sale, præcipue illo communis boni inflammatus desiderio, libellum ante aliquot annos conscripsi, ex quo deinde compendium illud, nescio, quo auctore, decerptum est, quod pluribus locis excusum, tota iam ferme Italia disseminatum audio. Quamobrem, & amicis hortantibus, & ipsa etiam ratione suadente, cogor libellum ipsum, diutius æquo, ni fallor, suppressum, emittere.

Ad hæc, si quando accidit (sæpe autem accidit) vt succurrendum iis esset, qui aquis mergerentur; quod ij, si non præfocantur grauissima plerunque symptomata patiantur morbisque interdum diuturnis corripiantur; cum ad eos curãdos vix quicquam præsidij à scriptoribus nostris, siue antiquioribus, siue recentiori-

bus

bus haberem⁹; feci ex instituto meo, vt hac etiam in re prodesse cæteris tẽtarem, & opusculo de iis, qui merguntur aquis, conficiendo acies ingenij mei periclitarer.

Perbreuem denique scripsi commentarium de elleboro albo, quod eius vsum apud veteres Medicos, & frequentissimum, & saluberrimum animaduertissem, non modo contra rabidos morsus, quod ad alteram illam tractationem plurimũ facit; verum etiam ad alia morborum genera, quæ nostra tempestate aut ægerrime curantur, aut nullam admittere curationem existimantur: vt remedium tam efficax, tamque bene, vt ita dicam, de humano genere meritum, per tot iam annos à nostris hisce regionibus, quasi exulans, ego, si qua ratione possem, ab exilio reuocarem.

Hęc igitur quatuor opuscula cum à Doctissimis viris digna censeantur, quæ communem lucem aspiciant, ꝙ nimirum partim nouas materias,

partim magis enucleatas afferant; tã etsi superiorum, quę modo indicaui, voluminum editione, satis superque muneri meo pro virili factum existimabam; non potui tamen tantorum virorum, & de communi vtilitate, nihilo minus, quam ego, laborantium, iudicio non acquiescere.

His igitur quatuor opusculis in vnicum volumen redactis cum patrono aliquo insigni opus esset, quo tutius in aspectum hominũ prodirent; neminem alium eligere debui, quã te ipsum, Cardinalis Amplissime, cuius & dignitas summa, & auctoritas maxima, & sapientia singularis, & humanitas incredibilis, non modo librum ipsum ab inuidorum morsibus, aut obtrectatorum aculeis tueri; verum etiam operi simul atque operis auctori existimationem, famamque conciliare apud omnes, & possit, & velit. Qui enim, solis instar, tuo ipse potius, quam alieno præfulges lumine; & facile poteris obscurũ librum illustrare, meisque etiam te-

nebris

nebris multum ſplẽdoris impertiri;
nec me, quamuis alienum hominẽ,
tuo indignum benigno complexu,
ac patrocinio iudicabis. Quid? quod
neceſſitudinis accedit ratio nõnulla.
Qui enim Cæſari Codruncho Claricis
Pallenteriæ propinquę tuæ viro,
dum viueret, frater eram: eidem vita
functo, hæredem me quaſi meo
iure conſtitui, ſi non affinitatis, quod
non potui; certè, quod potui, illius
amoris atque obſeruantiæ & ad tua
iuſſa capeſſenda, nutuſq; exequendos
alacritatis, quam erga te profitebatur,
quam maximam, cuius hæreditatis
nihil mihi potius fuit, quam
vt primo quoq; tempore ſpecimen
aliquod exhiberem. Mitto igitur ad
te, Princeps humaniſſime, librum
hunc, meæ tibi deditiſſimæ teſtem,
atque obſidem voluntatis, atque
eo conſilio mitto, vt, quemadmodum
oro, eo recipiendo fouendoque,
ſummam erga me benignitatem
declarabis; ſic ego viciſſim, eo
mittendo dicandoq; parem erga te

obſeruantiam apud omnes teſtatam relinquam. Precor Deum immortalē, vt te, quem ad ſummum omnium honorum apicē quam proxime iam prouexit, ad maximum Eccleſiæ ſuæ bonum, promoueat, & diutiſſime conſeruet. Imolæ die 30. Sept. 1609.

Amplitudini tuæ

Addictiſsimus, ac Humillim. ſeruus

Baptiſta Codronchus.

HEN-

HENDECASYLLABVM PAVLI MATII.

DVm ver purpureas rosas, calorque
Maturas segetes, grauis rubentes
Vuas, frigidus & niues rigentes
Annus perpetuo dabit recurrens;
Semper proferet elegantiores
Felix Imola, qui colant Camœnas,
Musarumq; choros, & antra Phœbi:
Codrunchum dedit hæc: scientiarum,
Ante omnes Medicæ decus supremum:
Cuius sint lepidi, noui libelli
Vel cedro bene olente collinendi,
Seruandi tenera vel in cupressu,
Vt præsens, manibusq; eos futura
Aetas conterat, vsq; & vsque viuant.

IOAN-

IOANNIS DOMINICI Lappij carmen.

BAptista, & Medicus, natusque lauare leuare,
Quod mala cuncta lauat, quod mala cuncta leuat.
Numnè cani Lotor debet, dicinè Leuator?
Namq; lauare potest, namq; leuare potest.
Si Lotor tantum; poterit cessare leuare;
Siq; Leuator erit, ritè lauare volet?
Absit, vt alterutrum dimittat; vtrumq; necesse,
Si lauat, atq; leuat, quid dubi? vtrumq; sict.
Ecce ipsum, & lauat, atq; leuat Gymnasius almæ
Gloria Flamminiæ, gloria & Ausoniæ,
Dum splendore notas Momi lauat; ore leuatq;
Quas vel nunc luctas Liuida turba parat.
Iam non Lotor erit rectè, recteq; Leuator,
Si vna Lotus erit, siq; leuatus erit?
Nostratem ô Celsum Montes vel gentibus vltra
Excusum pulchris non sine laude typis.
Purpuream Alcidem fulturum protinus orbem
Rursum, qui nobis rursus Alexicacos.
Imola clara illum celebra; hunc venerare decenter;
Suspice Roma illum; subiice te huicq; lubens.

AD BAPTISTAM CODRONCHVM MEDICVM, ET Philoſophum præſtantiſſimum.

Gymnaſius meritis heros, & murice clarus
Te fouet: hinc melius non licet expetere.
Inclyte Codronchi, externus tua cudit & orbis
Scripta typis: melius nec licet expetere.

DE IMOLA VRBE clariſſima.

Quæ præclara tulit Conſultos iuris, alumnos
Palladis vrbs miros, Martis, & Aonidũ,
Baptiſtam celebret Codronchum, numinis inſtar
Qui morbis homines vindicat innumeris.

Iulius Signius.

IN-

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI DE Rabie.

I DE affectus nomine, ac definitione, seu descriptione.
II Ad quod genus symptomatis rabies referatur, & quæ pars sit affecta.
III An rabies sit animæ, vel corporis passio; & quis nam sit locus affectus.
IV Quomodo hic affectus generetur, & an ex solo contactu, an ex inspiratione, an cum vnguibus excitari poßit.
V Varia, ac incerta esse huius affectus tẽpora, & cur tamdiu venenum hoc lateat.
VI Rabiem esse morbum peracutum, probatur, & vtrum sit morbus nouus, vel antiquus, disputatur.
VII Vtrum solus canis rabie afficiatur, & homo neque rabiat, neque intereat.
VIII Causæ morbi proponuntur, & venenum esse immediatam morbi causam, & agere à tota substantia probatur.
IX Relatæ ab aliis causæ, ob quas canis in- te-

ter cætera animalia magis rabie tentetur, examinantur.

X Vtrum rabies, à principiis internis in homine generari poßit.

XI De signis distinguentibus morsum animalis rabidi à morsu animalis non rabidi, & hunc affectum ab aliis similibus malis.

XII De signis indicãtibus incipientem, & factum morbum, & vtrum in rabidis videatur in aquis, vel vrinis apparere canum imagines.

XIII Cur rabidi aquam, & omnia liquida timeant, seu abhorreant, ac fugiant.

XIV Signa Canis rabidi, & equi rabidi.

XV De Prognosticis.

INDEX CAPITVM libri secundi.

I De his, quæ pertractanda sunt in hoc secundo libro, ac de Indicationibus curatiuis.

II De chirurgicis auxiliis pro veneni euacuatione, ac tutela partium internarum.

III De

III *De medicamentis attrahentibus, & vlcus apertum conseruantibus, & sanatum vlcus dissoluentibus, ac de signis extincti veneni.*

IV *De victus ratione.*

V *De antidotis simplicibus, & compositis conferentibus comorsis à rabido animali.*

VI *Vtrum sanguinis missio conueniat in comorsis à rabido animali.*

VII *An purgantia medicamenta, quãdo, & quæ conueniant.*

VIII *De sudorificis internis, & externis, ac præsertim de Balneo; & de Diureticis.*

IX *De Imminẽtis rabiei curatione, & per totum annum, vel etiam plures preseruatione.*

X *De Rabiei factæ curatione, vbi de religiosis remediis tractatur, ac de præseruatione, & curatione canum.*

Indicis Capitum Librorum de hydrophobia Finis.

IN-

INDEX CAPITVM COMMENTARII DE elleboro.

I De ellebori nominibus.
II De ellebori generibus, ac delineationibus.
III De ellebori electione, ac duratione.
IV De ellebori facultatibus & ob quas rationes vitandum esse videatur.
V Probatur auctoritatibus antiquorum, & recentiorũ, ac ratione, ellebori vsum esse tutißimum, ac vtilißimum.
VI Responsiones ad ea, quæ pro euertendo ellebori vsu allata sunt.
VII Qui morbi ellebori ope curentur.
VIII Quibus morbi, ac anni temporibus, qualique constitutione dare elleborum conueniat.
IX An nouilunium, ac plenilunium, aliosue insignes astrorum congressus in ellebore dando vitare oporteat.
X Quibus morbis elleborum non conueniat.
XI De corporum præparatione ante elleborum.

XII De humorum præparatione, ac viarum apertione ante elleborum.

XIII De his, qui apti, ac inepti sunt ad ellebori purgationem.

XIV De mensura, seu dosi ellebori albi.

XV De rationibus corrigendi, ac præparãdi elleborum, vt illius maligna natura auferatur, & vis purgatoria obtundatur.

XVI Cum quibus liquoribus fieri possit ellebori infusio, ac de quantitate vtriusque, ac de infusionis tempore.

XVII De coctione, incisione, ac abrasione ellebori.

XVIII De modis infundendi, seu macerandi elleborum, ac quibus infusio ipsa cõueniat.

XIX De variis modis coquendi elleborum, ac de eclegmate conficiendo.

XX Quibus conueniat elleborum in substantia, ac de modis illud præparandi.

XXI Quæ sint facienda post assumptum elleborum, ne statim euomatur: de affectibus purgationis, ac remediis singultus, ac protractæ purgationis, & qualis curatio post purgationem conueniat.

XXII De

XXII De variis ellebori vsibus per clysteres, glandes, emplastrum, naribus impositionem, ac pedum irrigationes.

XXIII Quæ præparanda sint ante ellebori vsum, quomodo vomitus confestim factus inhiberi, ac tardus cieri possit, ac vellicationibus, animiq; deliquiis auxiliari.

XXIV Suffocationis periculo, vocis, ac sensus priuationi, & singultientibus, cum quibus succurrendum sit.

XXV Ad conuulsiones, calorem ventriculi, nimiam purgationē remedia, & quomodo timidi, ac insani decipiantur.

XXVI De Nigri ellebori effectibus, quibus morbis auxilietur, de modis exhibendi, corrigendique illud, ac de illius dosi.

Indicis capitum Finis.

IN BAPTISTÆ CODRONCHI, PHILOSOPHI ac Medici Imolensis, libros de Rabie seu Hydrophobia Præfatio.

SI hominis conditionem, ac statum considerare velimus, nihil in hoc inferiori mundo miserabilius ipso, nihil, si diuinam eius partē excipiamus, magis caducum, iniuriisque rerū omnium magis obnoxium esse, inueniemus; Quid est .n. in rerū natura, à quo homo læsionem non patiatur, damna nō ferat, cœlestes .n. orbes, ac sydera sæpe suis motibus, cōgressibus, & aspectibus eximios æstus, ingētia frigora excitant, vim quādam malignā, & nocentē in hæc inferiora demittunt, ex qua modo penuria, modo exitiales morbi, pestes, modo alia mala oriuntur; Aer imbres noxios, fulmina, ac grandines subtus præcipitat; Terra ventos contrarios, ac validos, motus terribiles, voragines,

ragines, ac exhalationes noxias erũpere facit; Aqua submergit, inundationes facit, ac putridas euaporationes emittit; Ignis incendiis sæpe pernitiosus existit; Animalium omne ferè genus homini interitũ moliri videtur, aliqua enim hominem pedibus, alia cornibus impetunt, nonnulla dentibus laniant, aliqua aculeo, vel morsu torquẽt, ac interimunt. Infinita penè sunt herbarum, fructuum, seminum, radicum, ac metallorũ genera, quæ hominis temperiem peruertere, noxios humores aggenerare, morbos facere, ac necem inferre valent: sed quid dicamus de ipso homine, qui sæpissimè variis rationibus, ac inuentis pessimus hostis ipsius hominis, ac occisor efficitur? Sed quamuis in multis deplorandus sit humanæ fragilitatis casus, in eo tamen maximopere patefit eius miseria, ac calamitas, quod à cane domestico, & contubernali animali commorsus, sæuis symptomatibus correptus, mortis miserrimum genus subeat, nam canis, qui præterquam quod habeat similem homini membrorum naturam, teste Galeno 6. epid. sec. 4. com. 7. *illius carnes, ossa, stercus, corium, dentes, ac totum animal*

variis hominis morbis opituletur, ob fidam illius custodiam, & vt eleganter Cicero lib. 2. de natura Deorum *scripsit, amãtem dominorum adulationem, tantum odium in exteros, tam incredibilem ad inuestigandum narium sagacitatem, tantamq; alacritatem in venando, nisi ad hominis commoditatem vnius ipse potissimum genitus, videtur, hic idem tamen proprium dominum, ac domesticos morsu rabido adoritur, qui sæpissime ignorãtes canis pernitiosum affectũ, vulneri cicatricem inducere properantes, sibi ipsis pernitiem afferant, dum scilicet venenum huius prauæ affectionis per internas partes propagari, & augeri sinunt, & quoniam virus rabidum est ita pernitiosum, vt nisi statim, ac celerrime euocetur ac dissipetur, statuto quodam tempore, sitim ingentem, ac aquæ, omniumq; liquidorũ formidinem, & insanabile malum cum sæuissimis symptomatibus excitet; Propterea diligentissime vnusquisq; Medicus illius naturam, ac proprietates, nec non rectam illud propulsandi rationem cognoscere, ac scire deberet, cui scientiæ, vt ego etiam pro virili mea non nullã operam nauarem, oẽs auctores, quos*

habe-

habere potui, qui in hoc arduo argumento versati sunt, & aliquid scriptis tradiderũt, diligentiſsime perlegi, ex quorum lectione difficillimum esse, huius morbi naturam adipisci, & remedia peculiaria, efficacia, ac tuta adinuenire, ob variam, ac multiplicem scribẽtium sententiam, cognoui; Vt autem periculum facerem, quid nos in hac parte, agere possemus, multo cum labore cœpimus rem scriptis mandare, & congruo ordine disponere, ita vt non breui temporis spatio labor noster, sic creuerit, vt distinctius, ac fusius, quamuis minus doctè, & eleganter, quã alij fecerint, scripserimus. Et quoniam in hoc difficili negotio multa reperitur circa quamcunq; ferè rem auctorũ dissensio, quænam sit verior sententia, aperire, ausi sumus. An vero scopum attigerimus, aliorum iudicium erit.

DE RABIE, HYDROPHOBIA COMMVNITER DICTA, BAPTISTÆ Codronchi, Philosophi ac Medici Imolensis,

LIBER PRIMVS.

De affectus nomine, ac Definitione, seu descriptione.

CAPVT I.

Affectus varia nomina.

AVCTORES, qui aliqua de rabie memoriæ prodiderunt, varias huic rei indiderunt inscriptiones; Diosc. Oribasius, C. Celsus, Paulus, Aëtius, Rhasis, Auicenna, Halyabbas, Isaac, Gordonius, Tagaultius, & plerique alij titulum de commorsis à cane rabido, seu de morsu canis rabidi huic lucubrationi imposuerunt: Hier. Cardanus imposuit inscriptionem de cane rabido: Hier. Capiuacceus de rabie canina: Hier. Mer-

Mercurialis de veneno rabidi canis, & Abynzoar agit de rabie ſub capite Maniæ, quæ quidem inſcriptiones quamuis veræ ſint, quicquid dicant alij, non ſunt tamen communes tractatui, in quo de rabie agere ſtatuunt, cum alia animalia præter canem in rabiem agãtur, ſcriptis enim tradidit Ariſt. *lib. 8. de hiſt. animal. cap. 22.* camelum, & *cap. 24.* vna cum C. Aureliano *lib. 3. acut. morb. cap. 9.* Plinio quoque *lib. 8. cap. 43.* equos etiam rabie efferari cuius rei hiſtoriam cuiuſdam vetulę ab equo rabioſo comprehenſæ recenſet; And. Matth. & Nicolus Florent. teſtatur, ſe equum rabioſum vidiſſe, præterquam, quod Porphyrius, Theodorus Priſcianus, Vegetius, Apſyrtus, Hierocles, Palladius, & Auicenna rabiem in equis obſeruauerint; Lupos etiam rabie capi ſcripſerunt C. Aurelianus, & Albertus Magnus *lib. 7. de animal. cap. 2.* quod ſatis quodam tragico euentu confirmat Ioa. Fernelius *lib. 2. de abditis rerum cauſis cap. 14.* vbi ſcribit

 quoſ-

quosdam venatores lupum sæuum, ac ferocem admodum interemisse, & in varia obsoniorum genera apparatum decoxisse, & apposuisse ad edendum, & omnes, qui de eo esitarunt, non multo post tempore rabie fuisse correptos; C. Aurelianus addit, Vrsos, Leopardos, & Asinos rabidos fieri; Auicen. *6. 4. tract. 4. capit. 5. & 6.* etiam scriptis tradidit, vulpes, mustellas, asinos, simiam, & mulum rabie tentari; Theodorus Priscianus *lib. 2. suæ medicinæ cap. 8.* testatur, rabiem fieri in homine ab aliquibus serpentibus, & Columella piscem murenam rabie efferari; Abynzoar *lib. 1. pract. tract. 9. cap. 16.* scribit, præter equos, mulos, & asinos, leones etiam rabie tentari, & hanc ægritudinem transferri ab vno animali ad aliud eiusdem speciei, & etiam alterius speciei ratione præparationis temperamenti, & naturæ cuiuscumq; ad recipiendam dictam malam complexionem. And. Baccius *in lib. de Ven.* testatur, feles fre-

frequenter rabie corripi & gallũ vidiſſe rabie affectum triduo hominẽ interemiſſe; extat in delubro S. Mariæ de Populo Vrbis ſequens Epitaphium:

Hoſpes diſce nouum mortis genus, improba feles,
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

Cum igitur relata animalia experientia, & auctoritate optimorum authorum rabie corripi poſſint, pariter credendum eſt, cætera animalia rabie etiam tentari poſſe, & propterea inſcriptiones eſſe deberent, de commorſis à rabido animali, vel de morſu animalis rabidi, vel de rabie ſimpliciter, vel de veneno animalis rabidi. Auctores tamen de ſola canina rabie, egerũt, quoniam apud vetuſtiores rabies fortaſſe à canibus primam deſumpſit denominationẽ, quoniam canes magis, quam cætera animalia conſuetudinem frequentem cum hominibus habeant, in rabiem ſæpius agi, ac perire videamus, & magis aperte eorum accidentia nobis innoteſcant: Præterea

Aetius,

Aetius, Paulus, & C. Aurel. aliam indiderunt inſcriptionem, de his, qui aquam timent, vel de affectione formidinis aquæ, ac de hydrophobia, quod idem eſt. Scribit enim Aurelianus, hydrophobiam nomen ſumpſiſſe ab accidenti, quod eſt vehemens aquæ timor, & quamuis rabidi omnem liquorem metuant, à metu ſolius aquæ, quam magis timent, conſuetudinem primum obtinuiſſe nomē, vel quod inter cæteros liquores plurimum aqua præſtet, & propterea C. Celſus, & Galenus *lib. 9. meth. cap. 5.* hos ita affectos à Græcis hydrophobos, Budæus vero *in commētarius linguæ Græcæ* hydrophobicos, & Mercurialis hyttoptos appellari, teſtantur, cum tamen Græci auctores Aureliano teſte, detracta littera delta, adiiciētes gamma hygrophobos etiam, quod omnem liquorem metuant, & affectionem hygrophobiam vocarint, alij quoque phobodipſos appellant, quod cum timore ſitiant. Polybus pheugydros, eò quod aquam

aquam fugiant; Quidam Andreas, Cynolissos, ex cane rabidos factos, ideo hydrophobica, seu lymphatica, ac hygrophobica passio, & à Latinis aquætimor, nuncupatur. Quæ quidem inscriptiones, ac denominationes, si morbi ideam, & essentiam consideremus, nõ videntur satis cõuenire, cum rabiosi homines vere aquam non metuant, sed potius sitientes eam perhorrescant, & abominẽtur ob læsionem, & cruciatum internum, quem percipiunt, & experiuntur ex aquæ, & liquidorum assumptione, & oblatione, vel cum de his verba fiunt, existimantes ab his suffocari, ideo poti⁹ hydrobdelygma vel hygromisos, seu hydromisos à detestatione, & abominatione, vel hydrapostrophe, vel rabies simpliciter, quia communis est pluribus animalibus, magis apte nuncupari poterit, quę tamen denominationes non cõueniunt commorsis à principio, sed vbi insurgũt symptomata veneni rabidi.

Quic-

Quicquid tamen ſit, de nominib⁹ parũ ſolliciti eſſe debem⁹, dummodo rei eſſentia rectè percipiatur, diſputationem enim de nominibus vti inutilem, & à medica diſciplina alienam ſemper Galen⁹ reiecit, & damnauit, & ideo ad affectionis naturã cognoſcendã accedamus, quod pręſtare poterimus, ſi definitiones, ſeu potius deſcriptiones ab authoribus traditas expendamus.

Rabies quid. Secundum auct. defin. medic.

Auctor lib. defin. med. ſcribit, rabiem eſſe *affectũ ex canis morſu rabie furẽtis cũ potus auerſione, cõuulſione, ſingultu, ac delirio ſuperueniente.* Quæ tñ definitio nõ eſt cõueniens: nã ſi cum definito cõuerti debet, neceſſarium eſt, vt rabidi ſemp, vel oẽs couuellantur, ſingultiant, ac delirẽt, quod tñ à veritate & experientia alienũ eſt, nam quãuis cõuulſio aliquãdo rabidis, & ꝓpè ferè mortẽ excitetur, nõ perpetuo q̃dam nihilomin⁹ membrorũ diſtẽſio violẽta, & non cõtinua pãdiculationiq; ſimilis torquet ægrotantes, nec oẽs rabidi ſingultu laborãt, ſed aliqui dun-

duntaxat, cũ atrox est malũ, & postridie vel eadẽ die etiam morituri sunt, delirium etiã perpetuo non comitatur rabiem, cũ sciamus *nõnullos mẽsib' elapsis à rabie exstinctos à principio rabiei vsq; ad vlt. vitæ terminũ mente cõstitisse.*

C. Aurelianus ait, hydrophobiam esse *appetẽtiam vehementem, ac timorem potus sine vlla ratione, ob quandam corporis passionem.* Sed quoniam rabidi vere non timent potum ac liquida, & si timent, non est sine ratione, vt inferius explicabimus, ideo descriptio est reiicienda.

Secundum Aurelianum.

Quidam ex recentioribus scriptis tradidit, rabiem esse *humorum conuersionem in eam atræ bilis speciem, quæ animalia insanire facit, & temperamentum venenosum reddit.* Alij rabiem esse *conuersionem complexionis ad melancholicitatem malignam venenosam, quæ fit à caliditate adurente tempore æstatis, vel à frigiditate hyemis sanguinem congelante.* Nec desunt, qui affirment, rabiem esse *insaniam ex excellenti caliditate, & siccitate contractã;* Nã cum canes sint natura cali-

Secundum alios.

calidi, & ſicci, per æſtatem calidam aliam caliditatem, & ſiccitatem acquirunt, & ob immoderatam intemperaturam inſaniunt, & Mercurialis, eſſe *affectum præternaturalem cum delirio, & aquæ timore irrationali, & vehemente.* Quæ quidem deſcriptiones eſſentiam morbi nõ includunt, quoniam non eſt ſita nec in delirio, nec humore melancholico, nec in timore irrationali aquæ. Ideo nos aſſerimus, rabiem eſſe *affectum præter naturam à veneno quodam peculiari in animali genito, & homini communicato cum vehementi liquidorum omnium, ſed aquæ potiſſimum, abominatione.* Ideo natura huius morbi nõ eſt ſita in timore aquæ ac intemperie ſola, ſed in venenoſitate quadam, & in læſione, & cruciatu interno ex aquæ, ac poculẽtorum oblatione, vel potu, cuius ratione ita perhorreſcunt, ac abominantur illa vt potius eligant mori, quam ea potare.

Secundum Mercurialem.

Secundum autorem.

Venenum eſſe cauſam huius affectus, infra probabimus, & omnes rabidos

bidos perhorreſcere & abominari liquida omnia, nemo eſt, qui ignoret, & neget, quapropter cum definitio hæc cum definito conuertatur, & ex ipſa indicationes curãdi deſumi poſſint pro illo profligando, bonam ac perfectam eſſe definitionem exiſtimare debemus.

Ad quod genus ſymptomatis rabies referatur, & quæ pars ſit affecta.

CAP. II.

QVI arbitrantur, eſſentiam & naturam huius affect⁹ ſitam eſſe in timore aquæ, volunt etiam affectum eſſe ſymptoma in genere actionis principis leſæ, cum timor fiat in imaginatione, qui cum ſit ſine ratione, ac deprauatus, neceſſe eſt, vt oriatur ex imaginatione vitiata, ac deprauata primo, ac principaliter, quãuis etiam ratio, & memoria lædãtur, quoniam rabidi male diſcurrant, ac male ratiocinentur. Morbus autem, à quo ortum ducit huiuſmodi ſymptoma,

ptoma, est morbus eius partis, in qua residet imaginatio in optima videlicet temperatura anterioris partis cerebri, quare intemperies huius partis ex horum sententia erit morbus, qui lędit hanc actionem, quæ intemperies est calida & sicca cum materia deusta. Sed quoniam, vt supra diximus, à veritate alienũ est, characterismũ, ac ideam huius morbi esse timorem aquæ, & causam immediatã esse intẽperiem cerebri: Idcirco Fernelius, & Argenterius existimarunt, cum huiusmodi affect⁹ progignatur ex veneno, illum non posse comprehendi sub vllo morborũ genere, qui à Medicis proponuntur, sed aliud inueniendũ esse genus, ad ꝙ referatur, quẽ ipsi morbũ totius substantiæ appellant, quæ tñ sententia à nonnullis recẽtioribus est confutata; Cum autem morbi venenosi nõ sint reponẽdi, vel in genere instrumẽtalium, vel in solutione continui, sed in genere similarium, ideo reducẽdi sunt ad genus malę temperiei; quandoquidem
tem-

temperies ipsius cordis destruitur omnino à vi venefica; cui⁹ ratione fit, vt ęgrotantes aquam, & liquida perhorrescant.

An rabies sit animæ vel corporis passio: & quis nam sit locus affectus.

CAP. III.

FVIT inter antiquiores cõtrouersia, vtrũ rabies seu hydrophobia sit animæ, an corporis passio, vt testatur. C. Aurelian. *lib.3.cap.13.* animę enim esse passionem ostẽdit appetẽtia, & desiderium aquæ, & eiusdem timor, mœstitia, & iracundia, quibus animum ægrotare dignoscitur, è cõuerso appetere vel delectari potu sicuti etiam mãdere ex corporis quadã nascitur passione, timorẽ etenim per consensum animę corpori cõpatientis nasci perspicitur, quo fit, vt hydrophobiam esse corporalem passionẽ, sit manifestũ, antecedẽs enim morbus, ex quo causa descẽdit, vtiq; corporis fuit, & non animæ, antece-

dentia verò & consequentia, vt singultus, difficilis corporis motus, & similia corporis esse noscuntur, nam animæ passiones nostri sunt iudicij, hydrophobica autem passio ex corporis necessitate descendit, quo fit, vt sit corporis passio.

Quis nam sit locus affectus. Præterea ex eodem C. Aureliano dubitatum est ab antiquis, quis nam sit locus proprie affectus in hydrophobia. *Sententia Democriti.* Democritus in ea fuit sententia, locum affectum esse neruos, ea ratione permotus, quod in rabie fiant conuulsiones, & alia videantur neruorum mala. *Sectatorũ Asclepiadis.* Asclepiadis sectatores arbitrati sunt, locum affectum esse membranam cerebro ꝓximiorem, quoniam isti existimabant animæ rationalis domicilium esse situm in hac membrana; *Aliorum.* Quidam alij dixerunt, locum affectum esse diaphragma, quia in ipso dolor est constitutus; *Arthemidori.* Arthemidorus Erasistrati asse cla, & Artorius Asclepiadis sectator putarunt, os ventriculi esse locum affectum, eo quod vomitus bilis, sin-

gul-

gultus, & appetentia insatiabilis bibēdi in rabie adsint, quæ omnia sunt stomachi symptomata; Gaius Herophili sectator hanc habuit opinionē, ꝙ cerebrum, & eius membranæ sint propriæ sedes affectæ; Magn⁹ Ephesius censuit, locum affectum esse non vnum, sed plures, cor, scilicet, stomachum, diaphragma, caput, & ilia. Recentiores verò, qui existimant, essentiam huius morbi sitam esse in aquæ timore vt Mercurialis, asserunt locū proprie affectum esse cerebrum solum, cum irrationalis aquæ timor fiat immediate à praua cerebri intēperie. Nos verò, qui arbitramur naturam huius morbi sitam esse in venefica ac maligna materia, loquentes de loco, in quo residet morbus lædens operationes, & minime de loco primo affecto, qui varius esse potest, pro varietate partium, quæ morderi vel affici possunt ab animali rabido, vel à veneno rabido, dicim⁹, cor esse partē propriè affectam, quoniam semper vis venefica cor tan-

Gaij.

Magni Ephesij.

Recentiorum.

Autoris.

quam propriam ſedem petit, quãuis aliqua venena poſt cor alias etiã partes peculiariter lædãt, in quibus pri⁹ ſuam vim veneficam oſtendunt; ideo lepus marinus poſt cor, pulmones offendit, cantharides veſicam, hyoſcyamum cerebrũ, & quamuis venenum antequã ad cor perueniat, multas pertranſeat partes, eas tñ primo nõ lædit, quoniam in quacumq; corporis parte inſignis vitalium ſpirituum copia reperitur, quibus cum venena aduerſa ſint, fit, vt illi hæc effugientes tãquam inimica ad cor veluti ad propriam ac tutiſſimã ſedem ſeſe recipiant, & illud inſigniter lędãt, & veneno, quo ipſi infecti ſunt, inficiant & coinquinẽt, & quamuis ſpiritus infecti prius pertranſeant alias partes quam cor attingant, illæ tamẽ minimè afficiuntur ita à ſpiritibus tranſeuntib⁹ quemadmodum cor ab ipſis in eo firmatis; præterea etſi videatur cum ſpiritus vitales veneno facti ſimiles ſint, potius debere confugere ad locũ veneni, quam ad cor: nihilo-

nihilominus cum maior ſimilitudo intercedat ipſis cum corde, à quo tãquam à principio prodeunt, quam ipſis venenis, propterea ad ipſum ſtatim confugiunt.

Quomodo hic affectus generetur, & an ex ſolo contactu, an ex inſpiratione, an cum vnguibus excitari poſſit.

CAP. IV.

QVA vero ratione hic atrox morbus producatur, explicat Galenus *lib.6. de locis affect.cap.5.3. epid.ſec. 3. com.75. 2. in primo prorrhet. com.17.* virus videlicet canis rabidi, vel ex ſimplici cõtactu vel morſu corpori iniectum, quãuis exigua ſit mole, intro latẽter ſubiens, pedetentim creſcere; ſpiritus, ſanguinem, humores, ipſaſq; ſolidas partes inficere: vt cũ ad magnitudinem notatu dignã peruenerit venenum, quãdam in corpore diſpoſitionẽ pariat, q̃ non niſi per ſex, vel plures, vel pauciores menſes, vel etiam per annũ deprehẽditur & cognoſcitur, longo enim tẽpore cauſa, quę rabiem

biem efficit, augetur, quæ vbi tandẽ eò peruenerit, vt membra principalia attingat ac labefactet, affectio insanabilis fit & mortem affert repentinam. An verò animalis rabidi saliua ex solo contactu rabiem excitare possit, nõ leuis est difficultas. Aliqui enim cum Gal. arbitrantur, ex solo cõtactu spumæ hominem infici posse hac labe pessima, quod comprobatur à Mattheo de Gradibus *in cons.82.* vbi scribit, quendam Ioannem Coqueranum ex sola manus impositione in os rabidi canis post multos dies rabie affectum fuisse, idem ex propriis experimentis asserit P. Andr. Matthiolus, qui testatur, se duos vidisse, qui spuma tantum perfusi nullo accepto ex morsu vulnere rabiem contraxerant. Auicenna admonet ministrãtes rabie correptis, vt deuitent reliquias ciborum, quæ superent ipsis. Cardanus testatur *lib. de venenis*, Venetum patricium, ex osculato cane rabiente, quem amabat, antequam mitteret eum ad occidendum,

dum, rabidum factum fuisse. Insuper C. Aurel. scribit de quadam sartrice, quæ cum vestem à cane rabido commorsam ore & lingua ad eam sarciendam contrectaret, rabie fuit correpta. Tandem videtur huius rei aperta esse Galeni sententia, saliuam canis rabidi extrinsecus appositam esse noxiam, nam *lib. 3. de temper. cap. 3.* ait, *nihil foris, intusque parem agendi facultatem habet*, neque enim aut *viperæ venenum, aut rabidi canis spuma, aut aspidis virus, (quæ tamen si extrinsecus corpori occurrant, offendere creduntur) parem vim habent, vel soli cuti applicata, vel intro assumpta.* Alij vero hoc negant, eò, quod venenum istud sit imbecillis actiuitatis, hoc est ita ignauum in penetrando, & agendo, vt nisi aperta, fissave cute communicari non possit, imo in aliquibus rabidis virus istud esse ita tardum, ac debile, aiunt, vt etiam per morsum non communicetur, & hinc videri multos à cane rabido commorsos nullis adhibitis presidiis à rabie præseruari, alios etiam ra-

bie non corripi, nisi virus sit in quantitate debita, ac conuenienti, vt vulneri inflicto adhærere ac alti⁹ penetrare queat. Nos verò censemus, vtrumq; fieri posse: si virus rabidū sit multum, & insignis malignitatis, tāgatq; etiam carnem diu, seu partem mollem & raræ texturæ, vt sunt præcipue labra, & lingua, solo cōtactu rabiem inferre posse, & potissimum si corpus sit imbecille vel malis succis refertum. Quod si virus sit exiguum minoris prauitatis, tangatq; carnem breui temporis spatio, duram, ac dēsę texturæ, non solum non ex contactu solo, verum ne inflicto quidem paruo vulnere rabiem semper excitari, & potissimum si corpus sit validum, & optima salubritate fruatur.

Quando & quomodo virus rabidum solo cō tactu rabiem inferre possit.

Quin potius citra contactum ex sola inspiratione, seu afflatu morbidi animalis rabidi aerē inficiente posse communicari hoc virus, arbitrantur Dioscorides, & C. Aurelianus; ille enim testatur, Themisonem amico aquam expauescēti, morem geren-

An sola inspiratione.

tem

tem, & officium exhibentẽ, similem contraxisse affectum. Hoc idem quibusdã aliis accidisse confirmat, id autem accidere non ex aura venefica, sed ex quadam naturarum cõcordia, ac similitudine, existimat Dioscorides, cui⁹ fidissimus interpres scribit, idcirco hoc euenisse Themisoni, ꝙ ipse amici excitandi causa ad aquam & potum, cum eo mãducasset ac bibisset, ex eodem sane poculo ei⁹ fortasse saliua infecto, aut alio quouis modo oris spumam cõtigisset. Quãuis non desint, qui existiment, id fieri posse ratione analogiæ, quam multam habet hoc venenum ad cerebrum.

Qua vero via animalia rabida vnguibus lædendo, rabiem inferre possint, vt scribit C. Aurelianus, non video, cum in dentibus & saliua latere venenum, & nõ in vnguibus, omnes affirment; nisi dicamus, venenũ non inferri ex vnguibus simpliciter, sed ex vnguibus, saliua venefica imbutis seu infectis.

Va-

Varia ac incerta esse huius affectus tempora, & cur tamdiu venenum hoc lateat.

Cap. V.

VNum non esse statutum ac definitum tempus, imò plura, ac diuersa tempora, in quibus virus rabidum, sæua rabiei symptomata excitat, & suam ostendit vim læthalem, præter experientiam ipsam omnes fatentur. Dioscorides ait, aquæ pauorem plurimum ad quadragesimũ vsque diem neglectis deferri cõsueuisse, post semestre nonnullos inuasisse, quendam post annum aquam horruisse, sibi compertum esse, & aliquos ex aliorum relatione post septennium aquæ metu fuisse correptos, ꝙ & Paulus confirmat. C. Aurelianus testatur, post morsum quosdam celerius in passionem venire, quosdam tardius, ideo etiam post annum, aut eò amplius affici, sed magis plures post quadraginta dies; Alzarauius arabicæ familiæ auctor celebris testatur, expertum se esse rabidi canis

Exempla veneni rabidi post lõgum tempus ad actũ delapsi.

canis venenum per quadraginta annos in corporibus delituisse; Albertus Magnus *lib. 7. animal. cap. 2.* refert se vidisse quendam, cui in brachio morsum infixisset rabiens canis, anno autem septimo post cicatricis locum intumescere cœpisse, atque intra biduum interiisse. Guainerius *in suo tractat. de venen. cap. 12.* scribit, se à fide digno accepisse, cuidam post decimum octauum annum à cane rabido morso mœtum aquæ accessisse: De Baldo juris perito celeberrimo legitur, ipsum Tridenti à catulo suo, quem in delitiis habebat, morsu affecto, post quartum mẽsem in rabiem actum & extinctum esse; Antonius Musa Brasauolus *lib. 2. aph. com. 23.* ait, repertos esse aliquos, qui decimo sexto anno rabiem contraxerunt. Nicolus Florentinus testatur filium infectoris in campo S. Pauli Venetiis à cane rabido demorsum, & curatum à Medicis non edidisse rabiei signa, nisi transactis octo mensibus, & Fracastorius *lib. 2. de morb. contag.* meminit

nit pueri, qui poſt octo mẽſes, ex quo demorſus fuerat à cane rabido, cõtagionem oſtendit, ex qua mox periit, Geſner⁹ quidam *lib.3. epiſt.medic.* ſcribit de quodam lithotomo, qui ante ſex vel ſeptem hebdomadas à cane rabido morſus cum interim nihil mali ſenſiſſet, ſtatim aquæ timore ſuperueniente, intra biduum mortuum eſſe.

Exemplum veneni rabidi breui temporis ſpatio interimentis.

Sed paucioribus diebus etiam rabie corripi demorſos, ex his, quę mox ſubiiciam, erit manifeſtum; Aetius memorię prodidit, quoſdam cõmorſos ſtatim rabie corripi, Rhaſis non nullos poſt vnam hebdomadam. Auicenna etiam infra hebdomadam. Nos ſcimus quendã diuitem Caſtri S. Petri ditionis Bononienſis, qui cũ videret catellum ſuum rabidũ, quem vnicè amabat, ore hiantem & ſpumantem, huc atque illuc diſcurrere, exiſtimans ori ipſius infixam eſſe ſpinam, vel os, volens manu tentare, & quicquid eſſet, eximere, à catulo commorſus, cum ingentiſſimo aquę

cru-

cruciatu, ac conuulſionibus, ſeptima die miſerrime vita exceſſit, nec illi quicquam contulit, quod aqua bis & ter merſus fuerit, & eam potauerit.

Quomodo hoc virus tam diu in corpore latere poßit.

Inquiſitione dignum eſt, qui fieri poſſit, vt malum hoc tamdiu latere poſſit, cui reſpōderi poteſt, quod ſicut venenatæ materiæ in corpore genitę diu etiam ſine lęſione deliteſcere, & ſolo tractu temporis principali aliqua parte conſentiente vniuerſum corpus alterare poſſunt, id quoque rabidi canis venenum efficere poſſe non eſt dubitandum ex Gal. *6. de loc. aff. cap. 5.* Pariter quemadmodum venena alia intus accepta non nunquam citius, aliquando tardius interimunt, ita & venenum rabidum agere poteſt, ideo Theophraſtus *lib. 9. de hiſt. Plant. cap. 15.* teſtatur apud Scythas quaſdam radices mortiferas reperiri, quarum aliæ confeſtim, vbi fuerint guſtatæ, aliæ poſt interimunt, & harum alias celerius, alias tardius, ita vt nonnullos tabe quadam

dam paulatina poſſint conſumere: Hermolaꝰ Barbarus *li.4. corol.in Dioſc. cap. 691.* ait, aconiti radicem ita præparari poſſe, vt biennio, anno, menſibus ſex, tribus, duobus, & vno interficere poſſit, ꝙ accepit à Theophraſto, qui *lib. 9. de hiſt. Plant. cap. 16.* ſcribit, *Aconitum ita componi ferunt, vt certis occidere temporibus poſſit, videlicet bimeſtri, trimeſtri, ſemeſtri, anno completo, nõnullum etiam biennio; peſſime illos de vita diſcedere volunt, qui plurimum reſiſtere poſſint, paulatim tabeſcat corpus, & languore pereat diturno eſſe neceſſe, facillime illos, qui cõfeſtim obeunt.* Amatus etiam Luſitanus *in cent.6.curat.88.* teſtatur, Turcas, & Indos, qui venena ſcitè tractant, venena ad determinatũ tempus ita dextre, ac artificioſe concinnare, vt raro ſuis fruſtrentur votis. Et vt ſuperius ex Theophraſto explicauimus; Variolarum ac Morbillorum pernitioſam materiam ab vtero contractam, non ſolum per menſes, verum etiam per plures annos in corporibus noſtris deliteſce-

te,

re, ne vulgares quidem, nedum Medicos latet. Virus etiam gallicum interdum per menſes & annos latere in corpore, ita vt nullum indicium appareat, ſed ſtatuto tempore ſeſe ꝓdere, & magna ſæuitia infeſtare, nemo eſt, qui ignoret; ita vt Belacatus teſtetur, in quodam collegio, ſe vidiſſe nobilem quendam Veronenſem, qui lue venerea per triginta annos fuit correptus ſine vllo ſymptomate; Ratio autem horũ euentuum non eſt vna. Quidam aſſerunt, quod ſicut videndi facultate integra in ſeipſa exiſtente, & lumine iam præſente, interdum viſio non fit, vbi clauſis oculis homo manet, mox vero fit, vbi eos attollit, ita contagiones in homine affecto diu latent propter aliquod impedimentum, quo ſublato apparent, & indicia de ſeipſis prębẽt. Pręterea cũ virulentia canina, & gallica fundentur in materia craſſa, & tenaci, fit, vt non ſtatim ſeſe prodat, ſed citius, ac diutius pro maiori vel minori materiæ craſſitie & tenacitate, ita

te, ita vt ſenſim parti poſt partem cõ-
municetur, & interim non percipia-
tur eius operatio: Galenus enim *lib.
1. de loc. affect.* docet, dari in corporib⁹
alterationes imperceptibiles afferẽs
exemplum de gutta, cuius actio pri-
mo illo tempore eſt inſenſibilis. In-
ſuper cum venenum deleterium à
calore natiuo nunquam euinci ac ſu-
perari poſſit, ſed ſemper agat paula-
tim, & inſenſibiliter, vſque quo vni-
uerſum corporis temperamẽtum æ-
qualiter permutetur, ideo quamdiu
actio eſt inſenſibilis, corpus neq; læ-
ditur, nec ſymptomata apparent; vbi
vero iam tẽperamentum totũ eſt im-
mutatum, tum & morbus & læſio pa-
tefiunt. In aliquib⁹ vero protrahitur
iſta actio, in nõnullis breui tempori
ſpatio fit ex violentia vel imbecilli-
tate agentis, vel ex fortitudine, aut
imbecillitate patientis; ratione e-
nim agentis, ſi venenum exiſtat ma-
ximæ actionis & violentiæ ſuam a-
ctionem citiſſime edit, ſi minimæ
tardiſſime ſuos prodit effectus. Ra-
tion

tione vero patientes; nam ſi corpora imbecilla ſint, vel prauis humoribus referta, cito venenum in illa agit; ſi robuſta & excrementis vacantia, tardius.

Confert etiam plurimum ad tardam, ac celerem excitandam rabiem victus ratio & aeris ambientis qualitas. Nam ſi demorſus praua vtatur victus ratione, & aer ſit impēſe calid⁹, facilius venenum ſuam edit operationē, vt patet in morſu Aſpidis, qui ſi ſub ſole ardenti, in media æſtate, ac vigente canicula aliquem mordeat, ille ſtatim moritur: quod ſi tēpore frigido & hyberno percutiat, tarde vita priuatur, nam æſtiuo tempore & maximis æſtibus in prauaque victus ratione deterius venenum, & maioris efficacitatis generatur: tēporibus vero frigidis ſeu temperatis, ac in bona victus ratione, quæ virus iſtud hebetare, ac ei reſiſtere poſſit, venenum mitius, & minoris actionis progignitur.

Præterea alij dicunt, cū homo ex

Arist. *4. prob. part. prob. 6.* calidus sit, & humidior cæteris omnibus animantibus, hinc fieri, vt ratione suæ humiditatis innatæ difficilius rabie corripiatur, hincque fortasse fieri, quod homines à cane rabido demorsi, vt plurimum non nisi per lõgum tempus postea in rabiem agantur teste Gal. *in primo prorrhet. comm. 2.* Paulo & Auicenna *citatis locis*. Quod si aliqui statim demorsi sunt, non multo post rabie tentãtur, id euenire, quod neruus, arteria, venave commorsa fuerit, ex quibus breui partibus nobilioribus & principibus venenata qualitas communicatur, præsertim si rabies mordentis canis fuerit intẽsa, subiectumque maxime paratum ad concipiendam rabiem; secus vero si caro tantum præsertim in parte remota à partibus nobilioribus demorsa fuerit, nec venenata qualitas sit multum intensa, nec patiens ad eam suscipiendam dispositus, accidere videmus. Tandem noster Mercurialis aliam affert rationem, cur vi-

de

delicet diutius in aliquib⁹ delitescat venenum, quia membra actioni veneni resistunt, neque permittunt se offendi, nec venenum ad præcipua penetrare viscera. Non sinunt autem membra sese offendi, vel quia robusta sunt, vel quia propter assuetudinem, & familiaritatem, quam contraxerunt cum veneno, nihil ferè afficiuntur, quousque tandem novo & quotidiano corporis alimento vis veneni ita nutritur, ita augetur, vt inde facultas expultrix membrorum ignobilium excitata, venenum à se depellat ad membra, ac viscera nobilia, quæ tum offenduntur propter qualitatem veneni, propter copiam, atque etiam inassuetudinem; & hæc est ratio, propter quam venenum in aliquibus diutius lateat, in aliquibus non adeo diu.

Rabiem esse morbum peracutum, probatur, & vtrum sit morbus nouus, vel antiquus, disputatur.

CAP. VI.

RABIEM esse non solũ acutum, sed etiam acutissimum, morbũ, satis superq; sit manifestum, cum sæua admodum habeat symptomata, & celerrime interimat. Nec ea ratione chronicus, ac tardus debet appellari, quod post plurimum tempus ab inflicto morsu ęgri intereant, cum illud tempus non sit ægritudini imputandum, in quo nondum rabie vexatur, & nulla actionum manifesta læsio apparet.

Quod sit morbus nouus.

An vero rabies sit morbus nouus, vel antiqu⁹ videtur esse cognitu magis difficile, & obscurum. Quod sit morb⁹ nouus, illud videtur esse satis efficax argumentum, ꝙ nullus sit ex vetustioribus scriptoribus, nec Hippoc. neq; Nicãder, auctores vetustissimi, qui de veneno rabido meminerit, cum tñ Hippocrates *in lib. Epidem. & alib*

& *alibi* varia, ac multa, ac inexcogitata morborũ genera recẽſuerit, & Nicãder omnia venena quocunq; modo impreſſa carminibus proſecutus ſit; Præterea Plutarchus *lib. 8. ſympoſ. probl. 9.* teſtatũ reliquit, rabiem fuiſſe morbũ nouum tẽpore Aſclepiadis, vbi ſimiles morbos atq; etiam alios cauſis diuerſis poſſe nouiter oriri diſputat, vt Gal. *lib. 2. de diff. feb.* & *2. de ſympt. cauſ.* de rigore ſine febre, ꝓbat eſſe nouum & peregrinũ ſymptoma ob rationem nouitatis ſeu prauitatis victus, nec Hippocrati fuiſſe notum; quem tamẽ nos vidimus in quadam Laura vxore Pauli Lanij anno 1599. menſe Nouemb. triduo vel etiã quatriduo atrociter, ac frequenter, diu ac noctu vexata, q̃ poſt multa remedia ex aſſumpto elleboro albo ſanitatẽ eſt adepta; Idem Gal. *lib. 1.* & *6. de loc. affect. cap. 3.* fatetur animalia, quę in crurib⁹ humanis in quadam Arabiæ regione progignũtur, & Dracunculi appellantur, ſe non conſpexiſſe, quam tñ ęgritudinem poſtea ſe con-

ſpexiſſe Auicenna, & venam medeni appellat *in 3. 4. tract. cap. 21.* teſtatur. Præterea cum eidem Galeno nõ contigerit videre ſeptimanas, nonanas, & octanas febres *in 1. epid. comment. 3. text. 2.* negat, huiuſmodi periodos fieri poſſe, cum tamen Auicenna, & peritiſſimi huius temporis viri obſeruauerint has febres ac viderint, & nos teſtari poſſumus vidiſſe febrẽ octanam in Leona famula Parochi Sancti Caſſiani; quæ cum in fine menſis Iulij anno 1604. quibuſdã febribus tertianis nothis laboraſſet, ac pro illis profligandis remedia non adhibuiſſet, ſed ſponte curatis die 17. Auguſti à febre octana deprehenſa eſt, vt diligenter à nobis eſt obſeruatum, octauo enim quoque die inuadebat hora 24. diei cum calore, ac frigore ſimul per horas quinq; eam ſatis moleſtantibus, percipiens frigus in interioribus, calorem in exterioribus, hac accedente febre à dolore non leui circa coſtas mendoſas lateris dextri angebatur, ita vt dolor ad

ad initium febris adoriretur, ad augmentum augeretur, ad inclinationem minueretur, & ad finem aboleretur, quæ quidem febris perſeuerãs per totam noctem ſudore terminabat, nec ſiti, nec vllo alio ſymptomate eam comitante, & tres duntaxat habuit has octonarias acceſſiones.

Variolas, morbillos & petechias veteribus fuiſſe ignotas.

Variolas, ac Morbillos nec nõ maculas peſtiferas à noſtris petechias appellatas, veteribus fuiſſe ignotas, manifeſtum eſt. Lues gallica nouus morbus eſt, qui diu noſtro orbi fuit incognitus, & anno 94. ſupra 1400. ortus eſt, quo tẽpore Carolus Octauus Galliarum Rex Alexandro ſexto Põtifice Regnum Neapolitanum occupauit.

Item morbum gallicum.

Scorbutum eſſe morbum nouum, qui in Hollandorum, ſeu Battauorum ac Weſtfriſiorum nauibus graſſari ſolet, plerique, & præſertim Petrus Foreſtus probãt.

Vt & Scorbutum.

Plicam Procotienſem luem, vel Sarmaticã, & Cirrorum morbum nuncupatam, qui p vniuerſam ferè Poloniam graſſatur eſſe recentem affectum, & aliis

Plicam.

 ſecu-

ſeculis ignotum, optime celeberrimus vir Hercules Saxonia pluribus patefacit.

Quidam narrant anno 1549. in Panonia ortas eſſe paſſim in humanis corporibus viperas & lacertas, quæ ſingulis diebus mille homines poſt cruciatus maximos interficiebant, nec vlla arte, vel remediis poterãt interimi vel expelli.

Caſum cartilaginis mucronatæ.

Quid de caſu mucronatæ cartilaginis dicendũ, qui morb⁹ eſt nouus, ſi non ratione exiſtentiæ, ratione tamen cognitionis, de quo nos anno 1603. libellum confecimus Bononiæ excuſum ſeu typis traditum. Et vt reuertamur ad id, à quo ſumus digreſſi, addamus, rabiei aliquas eſſe proprietates, nonnullaque habere ab aliis morbis diuerſa, vt ſi bonis illis temporibus extitiſſet, in quibus priſci illi omnia diligenter obſeruabant, ipſam nequaquam prætermiſiſſent.

Rabiem eſſe morbum antiquum. Rationes.

Ex altera parte eſſe morbum antiquum, videtur ea ratione, quod illius

ſym-

ſymptomata præcipua ſint antiquiſſima, & aliis affectibus communia, vt ſingultus, ſitis, turbatio mentis, ac timor; Inſuper canis natura & proprietas, lupi, hominis, & aliorum animalium, quę rabie tentari poſſunt, ſemper eędem fuerunt, & hæc animalia ſub eodē cœlo nata, & ſub eiſdem ſyderibus educata, ſequitur etiam perpetuo eiſdem morbis fuiſſe obnoxia; & ob id rabiem eſſe antiquum morbū. Tertio loco C. Aurelian⁹, qui fuſe, ac late admodū de hoc affectu ſcripſit, probat, veteres hanc affectionē cognouiſſe, ac de ea verba feciſſe. & ob id antiquum eſſe affectū. Nam Democritus, qui Hippocrati conuixit, non ſolum hanc memorauit paſſionem, ſed etiam eius cauſam reddidit, cum de epiſthotonicis ſcriberet. Hippocrates quoque, & ſi nō principaliter de hac affectione tractat, ſenſu tñ dictorum hanc memoraſſe monſtratur in *libro prædictionum* ſcribens brachypotas ſeu paruibibulos ſono quolibet pulſatos tremore af-

re affici; cum autem hydrophobici mente aberrent, ex aliorum ſententia hos phreniticos Hip. dixit paruibibulos, hoc eſt, qui modicum biberent ob timorem liquoris. Item Polybus hanc paſſionẽ memorauit dicens, aquifugas cito interire, quos pheugydros appellauit; Homerum etiam ac Comicum Nicandrũ hanc cognouiſſe ægritudinem probat.

Sententia autoris, nũ & quomodo ſit morbus nouus vel antiq.

Pro hac dirimenda controuerſia eſt ſatis probabile, exiſtimare, hunc morbum antiquitus quidem exſtitiſſe, non tamen innotuiſſe, ſicut de prolapſu xiphoidis ſcripſimus, propterea quod homines poſt vulnus inflictum, ac curatum per plures dies morbo hoc corriperentur, & ob id illius cauſam Medici non animaduerterint; nec verum eſt, de eo verba feciſſe Hippocratem, vt optime interpretatur Aurelianus, & auctoritates aliorum id minime probant; Propterea falſum eſt illud, quod dicitur, hunc affectum antiquum non eſſe, eo quod antiquis cognitus non fuerit,

rit, poteſt enim fieri, vt res aliqua ſit, & nõ cognoſcatur, ſed fieri non poteſt, vt res cognoſcatur, & non ſit, reſpect⁹ enim noſtrę cognitionis ad res eſt, vt exiſtant, non tñ è conuerſo, ꝗ quæ nunc ſunt cognita, prius fuerint neceſſario cognita, quia ſic inuentio è medio tolleretur, & veteres omnes ſcientias habuiſſent, & omnia cognouiſſent, quod eſt à veritate alienum; Morbum vero hunc fuiſſe antiquiſſimum, ante tamen Aſclepiadem incognitum, videtur Ouidius indicare, qui paulo poſt Aſclepiadẽ vixit, Hydrophobiæ nullum eſſe remedium ſcribentem, eo quod morbus nuperrime innotuerat: niſi velimus dicere, Ouidium velle potius indicare morbi incurabilitatem, q̃ remediorum priuationem, eò quod non reperiatur remedium, quod rabiem ſuperare, ac curare poſſit, & ideo ſcripſit:

Soluere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis vlla medetur aquis.

Ea ꝓpter prima ratio allata corruit, quod

quod morbus ſit nouus, eo quod incognitus fuerit antiquis, & quamuis ratione prauitatis vel nouitatis ſeu varietatis victus, & nouæ ac variæ aeris alterationis non ſolum morbi noui, verum etiam inauditæ peſtes excitari poſſint, non ob id ſequitur, rabiem eſſe morbũ nouum, quoniam ſi hoc de hominibus dici poteſt, nequaquam de animalibus. Nec id cogit aſſerere, vt dicamus, morbum eſſe nouum, quamuis morbi noui fieri poſſint. Cur autem ignorauerint antiquiores hunc morbum, cum quædam peculiaria videatur habere, iam explicatum eſt.

Vtrum ſolus canis rabie afficiatur, & homo neque rabiat, neque intereat.

Cap. VII.

Cvm ſuperius fuerit probatũ experientia & auctoritate cõplurium ſcriptorum, præter canes, multa animalia, & etiam hominem rabie corripi, non erit inutile, perquirere

cu

cur Galenus *lib. 6. de loc. affect. cap. 5.* ſcripſerit, inter animalia ſolos canes rabie tentari, cui adhæſit Alexan. *in prima prob. part. prob. 76.* cum ſcribit, ſolos canes per æſtatem rabie efferari, & Ariſtoteles *libro 8. de histor. animal. cap. 22.* ſcriptum reliquerit, hominem inter cætera animalia, à rabido cane commorſum, neque rabie corripi, neque interire. Quo ad primum, poſſumus ex aliquorum ſententia reſpondere, canem ipſum, primo & principaliter rabie laborare, ſecundario vero alia animalia, vel vt alij dicunt, rabiem eſſe in duplici diſcrimine; aliam eſſe veram, & aliam per ſimilitudinem: rabiem veram fieri ſolum in cane, & rabie primo ac principaliter capi canẽ, & de hac Galenum verba feciſſe; rabiem vero per ſimilitudinem & ſecũdario generari in cæteris animalibus, de qua auctores à nobis commemorati ſermonẽ habuerunt. Et quamuis vera rabies excitari poſſit in aliis animalibus, ea non ſit à principiis intrin-

Rabiei duplex diſcrimen.

trinsecis, sed per cõmunicationem à rabido cane, in quo exoritur ex quadam huius animalis propensione, ac dispositione ad hunc morbum; ideo Gal. *2. in 1. prorrhet. com. 17.* vbi ait, solos canes rabie tentari, intelligit *per se, ac principaliter*, & ab internis principiis, non negando alia animalia secundario, ac per contagium rabie etiam corripi. Nõ desunt tamen, qui velint ostendere, veram rabiem etiam fieri posse in cæteris animalibus, & potissimum in lupo, inter cuius, & canis rabiem maxima intercedit similitudo, imo homines à lupo rabido commorsos sæuiorib⁹, ac magis horrendis symptomatibus corripi, maioresq; cruciatus perpeti, quã qui à cane vulnerati sunt, à quo fortasse rabies, penes antiquos primam accepit denominationem, quod sæpius, quàm alia animalia in rabiem efferatur, & propter apertã ac perpetuam quam habet cum homine, cõsuetudinem, rabidi facti symptomata magis patefiunt, cum alia anima-

lii

lia raro rabie corripiantur, & frequẽtem cum homine non habeant conuersationem; quapropter & illorum rabiei indicia à nemine monumentis litterarũ sunt consignata, vt quæ raro eueniant, plerumq; nõ animaduertantur, & obliuioni tradantur.

An homo à cane rabido demorsus poßit rabie affici.

Quo ad aliam dubitationem ortam ex verbis Aristotelis, hominem comorsum nõ posse rabie affici; Fracastorius vt Aristotelem à calumnia tueatur, sic interpretatur, Aristotelem non asserere simpliciter, hominem efferari non posse, sed ex necessitate quadam, vt rabiunt cætera animalia, quæ concepto cõtagio necessario rabie corripiuntur, ob analogiam, quam cum cane habent, & quę sita est in quadam feritate: homines vero cum natura, & temperamento lõge dissideant à cæteris animalibus nullaque adsit inter eos analogia, eos demorsos ex necessitate minime rabie corripi, & propterea multos beneficio temperaturæ ex se, vel non contrahere contagium, vel contra-

ctam superare. Alij vero, vt Aristotelem, eodem Fracastorio referente, ab erroris suspitione vindicarent, dixerunt, contextum esse deprauatum, & loco πλὴν, id est, *præterquam* homo, vel *præter* hominem, legendum esse πρὶν, id est, *prius* vel *priusquam* homo; quasi homo commorsus in rabiem & mortem deueniat vtique, sed posterius cæteris animalibus. Sunt etiam quidam, qui asserunt, potius legendum πλεῖν, eo quod vox hæc pro πλέον, quod latine *plus* sonat, à græcis scriptoribus præsertim ab Aristophane vsurpatur, ita vt sensus sit, omnia animalia à cane rabido demorsa plus homine in rabiem agi, & interire. Alij multa alia cõmenti sunt, de quibus fuse quidam scripserunt, qui reiectis aliorum sententiis, opinantur, Aristotelem non cognouisse hunc morbũ, quoniam vt superius fuit probatum, nondum eius tempestate hæc contagiosa infirmitas erat manifesta, & ideo scriptis reliquisse, solum hominem

nem commorſum à rabido cane incolumem ſeruari.

Cauſæ morbi proponuntur, & venenum eſſe immediatam morbi cauſam, & agere à tota ſubſtantia, probatur.

CAP. VIII.

MAIOR difficultas eſt, ni fallor, agere de cauſis, cũ multiplices fuerint de hac re ſcribentium ſententiæ, quarum cauſarum, quædam immediatæ & quædam mediatæ & harum aliquæ internæ & nonnullæ externæ exiſtunt.

Cauſam huius morbi voluit Hieronymus Fracaſtorius *lib. 1. de morb. contag. cap. 9.* eſſe quandam putrefactionem, quod tñ à veritate alienum eſſe, probat Valeriola: nam natiuus corporis calor in hoc affectu non ab extraneo corrũpitur, quod ad putrefactionem auctoribus, Ariſtotele *lib. 4. meteor.* & Gal. 2. *meth.* neceſſarium eſt, ſed tota corporis ſubſtantia à venenata rabidi animalis ſaliua imbu-

ta, maleque affecta dissoluitur peculiari quodam dissolutionis modo à putredine valde alieno. Quæ enim putredine dissoluuntur corpora, ea, & marcida, & male olentia, & calore extraneo multo obsessa apparent, quorum nihil in rabie actis apparet, nisi ex agitatione, & furore nimio incalescant; putrescere tamen eorũ partes non videmus, præsertim partem, quæ demorsa sit.

Causa immediata.

Causa vero immediata rabiei, vt elici potest ex Dioscoride, Aetio, Paulo, & Actuario, est *intemperies insigniter calida, & sicca in partibus præcipue solidis contracta*, vel vt scribit Gal. *lib. 2. simpl. med. cap. de cancris vstis* ex Pelopis sententia, est *immodica siccitas, quasi in contrarium habitum mutata penitus solidarum partium substantia*; quod fuit comprobatum ab Alexandro *in prima probl. sect. probl. 76.* & videtur verisimile esse, cum animalia quæcunq; sicciora sunt, & calidiora, facilius rabie corripiantur: homo vero calidus, & humidior cæteris animalibus

Opinio Pelopis.

bus, ratione humiditatis difficilius rabiat.

Rufus Ephesius ex antiquis Medicis à Gal. valde probatus, existimauit, rabiei causam esse atram bilem, ob magnam, quam habet venenum illius cum humore atrabilari similitudinem; Hoc idem sentire videntur ij, qui asserunt, rabidos existimare sese in aquis videre imaginem canis, qui momorderit, & propterea metu territos aquam fugere, & auersari, quia humor melancholicus, qui est causa morbi, inuehit talem timorem: Gal. vero *in lib. 1. prorrhet. sec. 2. comm. 17* allata in medium prius aliorum Medicorum opinione, rabiei videlicet causam esse summã in partibus solidis siccitatem, adauctamq; naturalem caliditatem, ac in igneam conuersam, ex sua sententia statuit, causam esse virus, seu venenum caninum paulatim ac lõgo tempore eam inducens. Deinde confutat allatam opinionem de eximia solidarũ partium siccitate, eo quod hæc possit

Opinio Rufi Ephesij.

Opinio Galeni.

quidē curari, rabies vero ſit incurabilis, vel incurabilior intēperie valde ſicca & calida: intēperies enim calida & ſicca quāuis ſolida corpora alteret, cum tn̄ ea ſit, vt dicitur, in fieri, facili negotio remoueri poſſit; venenoſa vero qualitas canis cum partib⁹ ipſis altius ſit infixa, nō poſſit extingui & ſuperari; prętereà idem Gal. 3. *epid. ſect. 3. comm. 75.* verba faciens de morbis illis, qui ſtatim incommode ſanis erumpunt, eorum tamen cauſa diu in corpore latuit, & genita eſt, affert exemplum rabiei, in qua ait, venenum canis longo tempore in demorſis augeri, & cum ad certam molem peruenerit, mortem repētinam inferre.

Venenum, ſed valde ſiccum eſſe cauſam immediatā huius truculenti morbi, ſcriptis tradiderunt etiam Iſaac, & Halyabbas *libro 8. theor. cap. 20.* & *26.*

Sententia autoris. Quod vero idea & characteriſmus rabiei nō conſiſtat in ſimpici intemperie ſicca, vel ſicca & calida, ac in abun-

bundantia humoris melancholi, sed in substantia quadam venenosa, ex eo erit manifestum, quod huiusmodi excedentes intemperies; & potissimum cum copioso succo atrabiliario, nõ possint etiam breuioris temporis spatio in corpore adesse, absque manifesta læsione, & animalis detrimento, vt etiam Galen. *lib. art. med. cap. 19.* testatur, cum tamen nulla læsio, nullum symptoma appareat, nisi quando commorsus est prope rabiem.

Præterea causam immediatam rabiei esse venenum deleterium, indicat illius curatio, quę perficitur cum his, quæ à tota substantia agunt, & virꝰ animalium ac venena omnia superare possunt, vt infra in curatione erit manifestum; Quod etiam comprobare possumus experimento illo à Fernelio adducto de quodam lupo rabido, qui quamuis varie apparatꝰ fuerit, tñ omnes illos rabie affecit, ꝗ illũ comederunt, ꝙ fieri non potuisset, si natura, & essentia huiꝰ morbi fi-

ta eſſet in primis qualitatibus, ac in temperamento, cum ignis omne tẽperamenti genus facillime euertere, & rerũ omnium, quæ coctione vim eius recipiunt, qualitates manifeſtas ſuperare poſſit. Iſtud vero venenum generatur ex humorum corruptione, & prauitate ingenti in cane, & cæteris animalibus ex proprietate eorum naturæ, quæ in temperamento non conſiſtit, quoniam omnia animalia, quæ rabie corripiuntur, eiuſdem temperamenti eſſent; quod tamen eſt falſum, & abſurdum; nam ſicut varij ſunt mores, & animi affectiones, ita varia ſunt temperamenta, ſed conſiſtit in occulta, & ineffabili, ſeu imperceptibili eorũ natura, ſicut cætera omnia, quæ à proprietate aliquid agũt, vel patiuntur; Quod autem hoc venenum non conſequatur vllam temperamenti conditionem, ſed ſit venenum à proprietate, & à tota ſubſtantia, probatur ex eo, quod & à calida & à frigida cauſa excitari poſſit, omnia enim, quę horum ani-

animalium humores corrũpere possunt, facultatem habent, procreandi rabiem, cum autem aeris immodica caliditas, & frigiditas ob vim, quam naturæ infert, possit humores corrũpere vel corruptos excitare, hinc fit, vt facile canes & flagrantissimis æstibus, & per frigora maxima, vt memoriæ mandauit Lycus, rabie efferãtur. Ideo non sunt improbandi Dioscorides, Rufus, & Alzahauius, & alij, qui dixerunt, summum frigus, æstus magnos, rabiem excitare, cum eximia frigiditas, sicut & immodica caliditas corrumpere humores, vel corruptos excitare valeat, & natura huius morbi non sit posita in calida & sicca intemperie, sed in veneno intus genito à causis tum internis, tum externis, qua veritate coactus quidã doctissimus vir, fatetur cum Paulo, rabiem aliquando, quamuis raro fieri à vehementissimis frigoribus, à quibus tamen aggenerari non posset, si eius essentia & natura esset sita in maxime calida intemperie, vt ipse

 do-

docet, cum à causa frigidissima effectus calidissimus oriri nequaquã possit, nisi valde per accidens.

Causa interna mediata.

Corruptio autẽ, & prauitas humorum erit causa interna mediata rabici, sicut frigiditas, & caliditas intensa sunt causæ mediatæ externę, regio calida & sicca admodum; frigida & sicca pariter, & ideo scribit C. Aurelianus *lib. 3. acut. pass. cap. 15.* in Caria & Creta, & Scribonius Largus in Sicilia, multos canes fieri rabidos, propter nimiam illarum regionum caliditatem, & siccitatem. Magis vero efficax, ac potior causa externa corruptionis humorũ, ac veneni teste Auicẽna sunt *cibi, & potus corrupti, praui, ac putridi, vt carnes animalium putrescentes, cadauera hominum corrupta, & fortasse excrementa etiam humana putrida, & sanguis menstruus*, quẽ à canibus deuoratum excitare rabiem, sicut & in Græcia esum herbarũ prauæ qualitatis in equos rabiem inducere, scribit Plinius *lib. 18. cap. 7.*

Causæ mediatæ externæ.

Altera causa externa, ac frequens est

eſt *contagium ipſum*, ideo non ſolũ homo à rabido cane comorſus in rabiem incidit: ſed etiam idẽ homo rabidus, ſi alium hominẽ momorderit, rabioſum facit, ſicut præter experientiam, teſtatur Gal. *lib. 6. de loc. Affect. cap. 5.* pariter alia animalia comorſa à cane rabido, ipſa homini, ac cæteris animalibus rabiem inferunt, auctore Auicenna; & iſtud contagium nõ ſolum morſu, verũ etiam cõtactu communicari poteſt, quemadmodũ aſſerit C. Aurelianus accidiſſe illi ſartrici, de qua mentio facta eſt *in ſecundo capite.* Inter cauſas externas etiam recenſere poſſumus manſionem, vel trãſitum, vel ſomnum potius factum ſub ſorbo, & tactũ cornus, & ſanguinariæ. Nam vt refert Fracaſtorius, & experimento cõprobatur, ſi quis ſub ſorbo arbore iacuerit, vel ſomnum cæperit, qui alias comorſus fuerit à cane rabido, rabie afficitur, quod & proprio experimento Guaçinerius *loco ſupra citato* confirmat, cum ſcribit, venenum illud, quod per decem

& octo

& octo annos latuerat, cum morsus à cane rabido sub vmbra sorbi transiret, seu permaneret, intra tertium diem rabidus est mortuus, & Matthiolus ait, si comorsi à rabido animali ante annum exactum tetigerint vel cornus, vel sanguinariæ plantam, eos ineuitabiliter in rabiem incidere, quod & alij experti sunt.

Ex quibus duo nos colligere possumus: primum, causam morbi huius esse venenum à tota substantia, nec vllam intemperiem, quia nec à tactu, nec ab vmbra, ac breui temporis spatio, intemperies fieri potest. Alterũ est, inter hoc venenum, & sorbum, cornũ, & sanguinariam adesse quendam latentem dissensum, cum ab his excitari experimẽtis comprobatum sit, cuius antipathiæ nulla alia manifesta causa explicari potest, quam ea, quæ communis est omnibus his, quę à propria substãtia aliquam peculiarem facultatem habent, videlicet, quod à proprietate illud agant; Quis enim nouit rationem, qua marina

tor-

torpedo fuſcina vel haſta tacta à piſcatore manus, & lacertos ipſius ſtupore afficiat? nec non, cur hyænæ vmbra contacti canes, obmuteſcãt? & vipera arundine percuſſa, torpeat, ac fagi ramulo contacta, ſtatim obſtupeſcat? Quid de echneide piſciculo ſemipedali dicamus? qui nauem, cui innixus fuerit, remoretur; cornu vnicornis, & lingua, vel cornu ſerpẽtis præſente veneno madeſcat, ſeu deſudet? & vaſa ex aurichalco ſtatim varios colores contrahant? & ſmaragdus propriam viriditatem amittat? lepus marinus pulmones, cantharides veſicam, altercum ſeu hyoſcyamus cerebrum lædat? & cancri fluuiatiles venenũ rabidum exſtinguant? vt interim ſexcenta alia ſileam, quis explicare poteſt? vt fuſe *in lib. meo 2. de venef. cap. 3.* egi, quorum nulla alia afferri poteſt ratio, niſi quod à propria, innata, & occulta facultate illos effectus habeant; Addamus his, Galenum rabidũ venenum inter venena à tota ſubſtan-

tia

tia agentia connumerare *in 1. prorrh.* citato, vbi volens pbare, intra corpora nostra generari deleteria venena, adducit exemplum veneni rabientium canum, cuius naturam non cõsistere in primis qualitatibus probat, & nos *superius* adduxim⁹. Nec dicendum est, rabidum venenũ à tota substãtia, seu forma non agere, eo quod nec syncope tam facile oriatur, nec frigidi sudores erumpant, sicut à venenis à tota forma agentibus fieri aliqui dicunt; cum multa sint venena ad quorum actionem lætifera non sequuntur relata symptomata, vt in veneno febris pestilentis, ac pestis sæpe apparet, ipsum absque sudore ac syncope necare. Nec verum est ipsum venenum rabidum esse calidum, & siccum in quarto ordine, vt aliqui aiunt, quia si esset tale, vt euphorbium, & arsenicum, quæ calida & sicca sunt quarto excessu, effectum vehementis caliditatis, & siccitatis quam primũ proderet, & proferret: cuius cõtrarium, & ratione & experiem

rientia *superius* est probatum. Credẽdum tamen est, venenum istud inniti in substãtia valde sicca, non autem admodũ calida, & propterea analogiam nõ habet ad spiritus, sed ad cõtenta, & illa crassiora, ad melancholiam videlicet & pituitam; Nec dici potest, venenum hoc tardè suam ꝓdere actionẽ, ob exiguam suam molem, quia præterquã quod alia reperiantur venena, quæ in pauca admodũ copia, vel statim, vel paucissimis horis interimant, cũ venenum istud seipsum continuo multiplicet, & vt ipsi fatentur, si esset calidum, & siccũ vehementer, esset etiam maximæ actiuitatis, & ꝓpterea quam primũ seipsum multiplicaret, & morbum vna cũ morte inferret, sed *quoniam est venenũ segne in agẽdo*, fit, vt nõ possit esse tantæ caliditatis, quamuis temporis processu aucta mole augeatur siccitas; & si in illo Monachi cadauere, vt narrat Capiuaccius, dissecto nulla aderat in pericardio humiditas, sed sinus cordis erant aridi, istud non

Venenum rabidum cur diu nõnunquam in corpore absque effectu lateat.

non solum à veneni siccitate, sed etiam ab omni potus abstinentia, à vigiliis, aliisque sæuis symptomatibus fieri potuit.

Relatæ ab aliis causæ, ob quas canis inter cætera animalia magis rabie tentetur, examinantur.

CAP. IX.

CVR ex omnibus animalibus canis potissimum rabie corripiatur, respondet Fracastorius, hoc fieri, quoniam canes maxime sicci sunt & adusti sanguinis, quod accepit ab Alex. *probl. sect. 1. probl. 76.* Alij eodem fundamento innitentes aiunt cum praua huius virus seminaria analogiam, & proportionem ad humores prauos & melancholicos habeant, canis vero sit animal cacochymum, & melancholicum, hinc fieri vt ipse potissimum rabie corripiatur. Quam sententiam vti falsis innixam nonnulli reprobant; primo quia ante canis rabiem, nulla sunt seminaria

ria per quæ hic sæuus affectus communicari possit; secundo cum canis rabidus efficitur, causa referri nõ potest ad canis temperamentum, seu habitum melãcholicum, nec ad prauitatem humorum eius naturalem; quoniam omnes canes rabie laborarent; & ideo necessarium esse, vt aliqua causa extrinseca accedat. Tertio non videtur esse verum, canem esse animal cacochymum, si de propria specie fiat sermo, cum nec serpentes in propria specie debeant appellari cacochymi. Si autem dicatur cacochymus canis homini comparatus, non solum canis, verum & boues, asini, lupi, & similia animalia existimari deberent cacochyma esse, ita vt cacochymia non sit canis propria, ob quam rabie tentari possit, sed aliis communis. Præterea si canis esset animal cacochymum, multis corriperetur morbis, ac sæpe ęgrotaret, cum tamen tribus tantum laborare, rabie videlicet, angina, & podagra scribat Arist. *lib. 8. de hist. animal. cap. 22.* & raro æ-

Canum temperies.

ro ægrotare, ſit manifeſtum, canem tandem non eſſe habitus melancholici, eius mores indicant, cum inter bruta animalia nullum reperiatur, ꝙ ita geſtiat, colludat, dominis blandiatur, & in omnibus actibus lætitiam præſeferat, ſicut canes facere, omnes ſciunt. Addamus his, ſi canis eſſet habitus melancholici, omnes eſſent graciles, cum gracilitas hos habitus ſemper concomitetur, vt ex Gal. 6. *de tuend. ſanit. cap. 8.* elicitur, qui aſſerit ex intemperie frigida & ſicca multam oriri gracilitatem, cum tamen multi ſint craſſi & obeſi. Tandem hæc opinio videtur contradicere Gal. qui *lib. 1. ſimpl. cap. 2. 11. ſimp.* & *1. de temperamentis cap. 5.* ſtatuit, canem eſſe calidum, imo tauro calidiorem. Sciunt tamen docti viri, habitũ melancholicum eſſe frigidum, & nõ calidum. Nec fides eſt habenda Alſaharauio, qui *lib. pract. ſect. 2. cap. 30.* naturam canis à prædominio frigidã & ſiccam eſſe ſcripſit, & multo minus Iulio Cęſari Scaligero qui *in exercitat.*

aduer-

aduersus Cardanum exercit. 274. adhærens huius autoris opinioni, illam comprobare hac ratione nititur, frigidum ſcilicet eſſe canem, ex eo fieri manifeſtum, quod nullum animal celerius frigeſcat, aut tremat; ac etiam libentius apricetur, atq; ſolis æſtum perferat. Cui rationi ſatisfacere poſſumus, canem non apricari, ratione temperamenti frigidi, quoniam ex mora in ſole nõ anhelaret, nec linguam exereret, vt facit, quæ indicia ſunt ipſum nõ calefieri, ſed nimis calefieri, quæ non euenirent, ſi canis eſſet natura frigidus, nec in magnis æſtibus magis, quam in aliis temporibus rabie tentaretur. Quod autem canis non ita facile frigeſcat, manifeſtum fit ex hiſtoria, quam ipſe Scaliger narrat *in exerc. 202.* cuiuſdam magni canis, qui domini venatoris corpus in ſummo niuoſi montis vertice ex nimio frigore exſtincti, cuſtodiens, non ſolum defuncti amicos, ſed etiam fratres ac notos lacerauit, & ipſe incolumis ſeruatus eſt, quod ta-

men ſecus accidere debebat, ſi canis eſſet temperamenti frigidi. Quare ſtatuendum erit, veram cauſam, cur canis facilius rabie corripiatur, eſſe *peculiarem, ac naturalem ad talem affectũ cõtrahendum proprietatem, & inclinationem, quam canes habent ad rabiem præter cætera animalia:* ideo non poſſe referri ad vllam manifeſtam qualitatem, vel aliquas externas cauſas, ſed ad abditam, & occultam, vt *in capite ſeptimo* ſcripſimus.

Cur canes facilius rabie corripiantur.

Vtrum Rabies à principiis internis in homine generari poſſit.

CAP. X.

VENENVM rabidum poſſe homini communicari, diuerſis rationibus ſuperius explicatum eſt. An vero à principiis internis, & abſque externo contagio in homine progigni poſſit, non videtur quidquã certi ſtatui poſſe: C. Aurelianus *lib. 3. acut. paſſ. c. 9.* teſtatur, poſſibile eſſe, vt ſine manifeſta cauſa hęc paſſio corporib⁹ no-

Rationes quod poßit.

noſtris innaſcatur, qñ videlicet fit ea aſtrictio in corpore, quæ aggeneret venenum; Quod & ratione comprobari poteſt, ſicut homo differt à feris & animalibus venenoſis, & nullam videtur habere cum ipſis analogiam, & tamen in ipſo generari poſſunt venena, quorum prauitas æquiparari poteſt prauitati pernitioſorũ animalium, ſicut docet Gal. 2. *in primo prorrhet. com. 17.* & *lib. art. med. cap. 94.* tãto magis venenum rabidum in ipſo innaſci poterit cum aliquam analogiam cum animalib⁹, quæ ad rabiem prona ſunt, habere videatur, vel ſaltem minus ab illis, quam ab aliis diſſideat, quod magis roborari poteſt auctoritate Galeni, qui *lib. 6. de loc. affec. cit.* docet, varia venena in noſtris corporibus à principiis internis generari poſſe; Imo id veritati conſentaneum eſſe, conſtat ex hiſtoria relata à Sorano, qui teſtatur, ſe vidiſſe infantem vbera expaueſcentem, nullo præcedente contagio, & ex alia deſcripta à quodã peritiſſimo vi-

 ro,

ro, qui profitebatur, multam habere de rabie experientiam, de quadam muliere, quæ cum laboraſſet febre peſtilenti, & poſtea dyſenteria; & ab his fuerit curata, & adhuc tamen leui quadam febre afficeretur, ipſi ſuperuenit tam ingens omnium liquorum auerſio, vt non ſolum, quæ ipſi offerenda erant cum medicamenti tum cibi ratione, perhorreſceret, & abominaretur, ſed etiam aſtantes coram eam bibentes ſuſtinere non poſſet, ita vt hanc vere rabie fuiſſe correptam, poſſet affirmari.

Rationes quod non poſſit.

Ex altera tamen parte in medium afferre poſſum⁹ auctoritatem omnium ſcriptorum, & experientiam ipſam. Nullus enim ſcriptorum tam vetuſtiorum, quam recentiorum reperitur, qui ſcripſerit, rabiem in homine excitari ab alia cauſa, quam ex contagio, & morſu animalis rabidi, nec commemoratur aliquis, qui nõ comorſus ab animali rabido, vel niſi tetigerit ſaliuam animalis rabidi, vel

non

non contrectauerit veſtes, aliaſve res ſaliua rabida infectas; fuerit rabie correptus.

Reſponſio ad controuerſiam.

In hac controuerſia quidam præclariſſimus Medicus, duplicem affert reſpònſionem, quarum prior eſt; veram rabiem fieri non poſſe in homine ab alia cauſa, quã à morſu canis rabidi, alios vero morbos *ſimiles* rabiei excitari poſſe ab aliis cauſis, quoniam auctore Galeno *6. de loc. affect.* hic affectus oritur tãtum in cane ex quadam illius diſpoſitione ad hunc morbum ſuſcipiendum, quæ diſpoſitio & præparatio non eſt aliis animalibꝰ tributa; quod etiam probat hac ratione, cum omnia venena in omnibus corporibus generari nõ poſſint, ſed quædam in quibuſdam; nam in baſiliſco generatur vnum genus veneni, in vipera aliud, in ſcorpione aliud, & ſic de cæteris: in homine ſolo fit lepra, ita in cane aliud genus veneni diuerſum ab aliis progignitur. Quam reſponſionẽ fortaſſe non poſſe ſubſiſtere omni ex parte ſuperius

est explicatum, præsertim, quod nõ solum canes, verum & alia animalia, & pręcipue lupi ex quorundam sententia possint vera rabię tentari.

Altera responsio huius celeberrimi viri est, affectionem hanc excitari ab immensa caliditate, & siccitate, quæ cum in homine reperiri nõ possit, cum sit animal calidum & humidum, nec in ipso rabiem fieri posse. Nihilominus à veritatę alienum esse, hanc affectionem oriri ab intensa caliditate & siccitate vti à causa proxima, & immediata, ni fallor iam demonstratum est. Præterea cum omnibus Medicis compertum sit, & experientia comprobetur quotidie, ac passim homines corripi morbis calidissimis, & siccissimis, febre nempe ardenti, phrenitide, mania, extenuatione, hectica febre, seu marasmo, ex ingenti caliditate, & siccitate; & aliis similibus, si à causa hac rabies ortum haberet vtique in homine etiam excitaretur, sicut & in cane, potissimum in temperaturis biliosis,

& ca-

& calidis in diebus canicularibus & maximis æstibus.

Responsio autoris.

Quapropter in eam potius ire sententiam compellimur, hominem à principiis internis rabie corripi minime posse, nec in oppositum adducta nos cogunt aliter sentire. Nam quo ad historiam Sorani, ea minime ꝓbat puerũ illum fuisse rabie affectũ, sicut valde incertum est, ac dubium de illa muliere: aliis enim notis opus erat ad id probandum, cum illæ non sufficiant, & fieri potuerit, vt aliqua ratione illa mulier, si illa fuit vera rabies, ipsa, ac matre insciis contraxerit contagium, & cum adhuc nullus sit probatus auctor, qui hoc affirmet, nec aliæ recenseantur historiæ. Et quo ad allatam rationem, fatemur quidem, in homine progigni posse varia venena, seu potius aliqua speciem veneni habentia, sicut est aura illa virulenta, de qua Galen. *6. de loc. affect.* scribit, excitare epilepsiam, sicut & retentũ semen pessimas strangulationes, & ex ingenti humorum

corruptione progigni venenum pestilens, non posse tamen generari in ipso, nec venenum aspidis, vel viperæ, vel alterius venenosi animalis, nec etiam venenum caninum ex propriis principiis, cum animalium species distēt inter se, ex quibusdam peculiaribus principiis ac proprietatibus, & C. Aurelianus id pro possibili, sed non pro certo asseueret.

De signis distinguentibus morsum animalis rabidi à morsu animalis non rabidi, & hunc affectum ab aliis similibus malis.

Cap. XI.

Cvm hucusque de huius mali inscriptione, nomenclatura, essentia, causis, generationis via, tempore, qualitate, analogia, de animalibus huic ægritudini paratis, seu aptis, de canis temperamento, ac moribus actum sit à nobis, omnis labor noster fuisset inutilis, nisi quibus notis dignoscatur hic morbus, explicaremus. Ideo de signis agendum erit: à no-

à nobis. Quę tamen cum ſint in mul-
tiplici differentia: alia enim ſunt ſi-
gna diſcernentia morſum animalis
rabidi à morſu animalis non rabidi:
alia vero ſunt diſtinguentia hunc af-
fectum ab aliis ſimilibus paſſionibus:
& alia ſunt ſigna præcedentia, quæ
incipientem morbum produnt, & a-
lia, quæ perfectum indicant, & tan-
dem adſunt ſigna, quibus de variis e-
uentibus varia præſagire docẽt, cau-
toſq; nos reddunt; de quibus omni-
bus ſeorſum erit tractandum, & pri-
mo de diſcernentibus morſum, cum
ſcribat Gal. *lib. de Theriaca ad Piſon. cap.
16.* morſum canis rabidi eſſe ſimilem
morſui canis non rabidi, & *lib. de ſectis
ad eos, qui introd. cap. 4.* vlcus excitatũ
à rabido cane nulla re ab aliis vlceri-
bus diuerſum per omne tempus, vel
certè per initia apparere: non proti-
nus infeſtum, quicquam infligit, vt
ait Dioſcorides, niſi, vt vulnus, dolo-
rem; hoc eſt, ſtatim quidẽ, vbi mor-
ſu excandeſcens animal rabie, in
partem aliquam vulnus intulit, nihil
plus

plus doloris, aut molestiæ ab initio afferre videtur, quam non rabiosus. Vt igitur cognoscere discamus, an animalis morsus sit rabidus, nec ne; Oribasius, Paulus, Aetius, Rhases, Auicenna, & omnes alij suadent, nuces iuglandes, regias dictas optime tritas vulneri indendas esse, & circumligandas, & postea ablatas, gallo siue gallinę obiici edendas, si animal, quod momorderit, non fuerit rabiosum, sospites, ac superstites aues, quæ comederunt, permanebunt; sin contra rabie correptum fuerit, postera die peribunt, iterumque post paucos dies eadem experientia vtendum esse. Græci auctores sentiunt, nuces vlceri per diem sinendas esse. Isaac & Halyabbas existimant, sufficere, vt per noctem: Auicenna vero per horam tantũ, ex quo videtur, satis incertum hoc tẽpus. Gentilis ait, si nux sit apposita statim post morsum, sufficere horã, si post dies, horam nõ esse satis. Alij vero dicunt, si magnũ sit vlcus, & sanguine scateat, sufficere

Signa distinguentia morsum canis rabidi à non rabidi.

I.

ho-

orã, quoniam in magnis vlceribus
acilius, ac citius nux recipit venenũ,
, si paruum sit vlcus cum etiam pau-
um sit excrementum, tardius etiam
ucibus communicari virulentiam,
 maiori temporis interuallo opus
sse.

Loco autẽ nucum Apuleius apud ggregatorem cõmendat triticum. 2.

Aliud experimentum proponunt hases ad Almans. & Auic. & est, vt rustum seu medulla panis cum fri-ione vlceris inficiatur sanguine, a-ove succo ab vlcere emanante, qui anis edẽdus offeratur cani, qui si il- non solũ nõ edere, sed ne etiã olfa-ere voluerit, vel si comederit, & in-e rabidus fiat, vel moriatur, signum rit, morsum fuisse animalis rabidi. 3.

Alij sanguinem ex vulnere detra-unt, & cum farina offam faciunt, uã deinde proiiciunt gallinis, quæ commederint eam, & intereant, a-imal rabie erit correptum. 4.

Rhases alter *25. cont. tr. 2. cap. 1.* pe-culum aliud faciendum esse scri-bit, 5.

bit, vt proiiciatur aqua frigida supr
corpus demorsi ab animali cuius cu
tis si calefiat, mordens animal erit ra
bidum; quod si excalefacta non fue
rit, inditium erit, animal non esse ra
bie affectum. Auicenna tamen a
nimaduertit, hoc signum huius re
non esse proprium, & propterea ill
haud fidendum esse. Et hæ omne
sunt rationes, quib⁹ cognoscere po
sumus, an morsus fuerit animalis ra
bidi, necne, quæ tamen fallaces, a
incertæ admodum sunt, ita vt nisi c
discrimine ægrotantium sit illis cre
dendum, & ideo magis tutum erit, v
sedulo inquirantur signa, quibus a
nimalia rabida cognoscuntur. Nam
ad hæc experimenta cõfugere com
pellimur, dum latet, canem esse ra
bidum, nam cum certo scimus, ani
mal esse rabie correptum, non est, v
his incertis experimentis vtamur, &
fidem præstemus.

Signa distinguentia rabiem ab aliis similibus affectionibus.

Quomodo differat rabies à phrenitide.

Secunda signorum differentia e
rat de his, quæ discernunt rabiem a
aliis similibus affectionibus, quæ te

st

te Aureliano sunt tres, Phrenitis,
Mania, & Melancholia, phrenitis e- 1.
nim discrepat à rabie, quia phreniti-
cos febris continua concomitatur,
rabiosi vero nulla vel exigua febre
corripiuntur. In phreneticis magis 2.
caput afficitur, in rabidis ventricu-
lus ex eiusdem sententia; phrenitici 3.
etiam, vt quidam arbitrantur, sunt
pantophobi, id est, omnia timentes,
quod tamen est à veritate alienum,
quia sunt audaces, & non timidi, ra-
bidi vero solam aquam, & liquida ti-
ment, seu potius abhorrent, & fu-
giunt. Alij addũt, phreniticos aerem 4.
lucidum vitare, vel ab eo lædi, quod
tamen non est perpetuum, nam alios
lux, alios tenebræ magis turbant, &
offendunt; Reperiuntur autem qui-
dam, in quibus nullum discrimẽ cir-
ca lumen, & tenebras offensionis de-
prehenditur, imo ex sententia Ara-
bum rabiosi, aeris splendorem auer-
santur, & loca obscura quærunt.
Quamuis maniaci excandescant, & 5.
procliues sint ad percutiendum, &
ali-

aliquando quaſi feræ, & immanes beluæ obuios dentibus, vnguibus, & pugnis petulanter inuadant, & rabioſi etiam loco ſtare nequeant, & obuium quemque dentibus impetant, multa tamen addunt ſigna, quibus inter ſe diſtinguuntur. Nam in maniacis imaginatio & ratio ſimul corrumpuntur, in rabidis vero vel nulla adeſt læſio in imaginatione, & ratione, vel ſi aliqua reperitur, eſt in ſola imaginatione. Preterea furor eſt paſſio diuturna frequenter, & ſine morſu, vel alia manifeſta cauſa excitatur, rabies vero *vt plurimum* ortum habet à morſu rabidi animalis, vel ex contagio, & eſt ægritudo valde acuta, quæ magna ex parte in quarta iugulat.

6.

7.

Quomodo à melancholia.

Differt etiam non parum rabies à melancholia non ſolum ſignis ſeparantibus rabiem à mania, verum etiam, quoniam, vel rabidi nihil delirant, vel in certa re tantum iuditio aberrãt, vt videatur illis, videre imaginem catulorũ; melancholicorum vero

vero deliria, vt ſcribit Galenus *lib. 2. de cauſ. ſympt. cap. 7.* & Aetius *loco citato* ſint multiformia, ſeu multarum ſpecierum, ob particulares corruptas imaginationes, qualis enim fuit olim cuiuſque interna cogitatio, vel qualis vitæ conditio, talem ſeſe repręſentat melançholica deliratio.

De ſignis indicantibus incipientem, ac factum morbum, & vtrum in rabidis videatur in aquis, vel vrinis apparere canum imagines.

CAP. XII.

Signa rabiei incipientis.

SIGNA incipientis rabiei auctore C. Aureliano *lib. 3. cit. cap. 11.* ſunt, anxietas quædam, & iracundia ſine ratione, inſueta corporis difficultas, ſeu impotentia quædam ad omnem actionem, vẽtriculi grauitas, vel vellicatio, ſomnus perturbatus, vigiliæ, timor ſine ratione, inſueta aeris querela, tanquam auſtrini, quamuis ſerena fuerit quies, imbrium recuſatio, parua bibendi voluntas contra con

 ſue-

ſuetudinem. Arabes Medici, & præſertim Auic. *lib.4.ſen.6.tr.4.c.7.* alia etiam afferunt ſigna, videlicet, quod ad rabiem propinquantes ſecum loquuntur ſeu ſuſurrant, lucem abhorrẽt, locaq; obſcura quęrunt, quãdoq; ipſorum oculis tenebræ offunduntur, & tunc lucem optant, vel in die etiam lumen accenſum, quidam in eorum abdomine ſaltus percipitur, ſiti ac ſingultu laborant, hæc duo tamen poſtrema inditia adſunt potius in facta rabie, quam in principio. Obſeruatum eſt ſuperioribus proximis annis, vbi imminet rabies, dolorem quendam in parte comorſa excitari, quamuis vlcus antea etiam longo temporis interuallo fuerit ſanatum, qui à parte comorſa initium ſumens, ac leuiter affligens partem poſt partẽ interuallo trium vel quatuor dierũ, vel paulo maiori vel minori interſtitio repit ad caput, q; cũ apprehenderit, quandã vertiginis ſpeciem excitat, ac perturbationem, ita vt recta progredi nequeat homo,

ſed

ſed modo ad hanc, modo ad illam partem traducatur, & tunc ratio ſtatim corripitur, qui dolor, & q̃ ſymptomata ſubſequẽtia ſunt ſigna præcipua, ac perpetuo rabiem ipſam p̃cedũt, & idcirco ſedulo animaduerti debent.

Vbi vero facta, & confirmata eſt affectio, infirmi quadam membrorum diſtenſione violenta, ſed non continua, ac ſimili pandiculationi detinentur ex Gal. *lib. de Ther. ad Piſonem*, & Paulo *lib. 5.* adeſt totius corporis, & faciei potiſſimum, rubor cũ ſudore, & languore quodam, anxij ſunt, quidam canum more latratus edunt, & obuium quemq; dentibus impetunt, morſuque ſuo alios labefactant, vt teſtatur Scribonius Largus *lib. de comp. med.* & Rhaſes *lib. 8. ad Almans.* Credendum tamen eſt, qui à cane comorſi ſunt, latrare, ac mordere ratione naturæ canum, non autem ſemper, nec illi, qui ab aliis animalibus demorſi ſunt.

Signa morbi facti.

Narrat Nicolus explicans Gentilem

lem *in commentariis super Auicennam* historiam cuiusdam adolescētis, qui dū rabie detineretur, appropinquā-tes sibi mordebat, dicebat tamē matri suæ, vt longe ab eo abesset, quoniam non poterat se cōtinere à morsibus, in eo enim nondum potentiæ intellectus corruptæ erant, quod ex valida potentiæ resistētia factum est, vel ex agentis imbecillitate.

Præterea etiam sunt delirantes, vt ait Gal. *cit. loco*, sed non omnes, aliqui enim mente constant, vsque ad vltimā vitæ horam, ac difficillimo symptomate molestātur omnes, aquam enim & liquida omnia expauescunt, seu potius abhorrent, & vt ex Democrate Gal. *lib. 2. de antid. cap. 15.* testatur, cum vident aquæ pauxillum, tremunt ac conuelluntur, & his assumptis maxime cruciantur, & non solum aquæ, ac liquidorū visum abhorrent, verumetiam, & sonitum ipsorum, ac nomen, vt scribit Aurelianus. Nec est verum, quod ipsi vehementer aquam optent, & eam vitan-

tãdo vti remedium, miſerabili morte pereant, cum optare non poſſint, quæ abominantur ac timent, nec aqua poſſit hoc venenũ ſuperare, pace Galeni ac C. Celſi.

Præterea ex C. Aureliano pulſus in his fiunt parui, & inordinati. Quibuſdã febricula accedit, nec omnes febre, & illa intẽſa corripiuntur, ſicut ex Galeno quidam dixerũt: Nam ſi febriunt, vel leuis eſt febris, nec fit ratione veneni rabidi, ſed aliis ex cauſis. Saltus ſtomachi adeſt, torpor, ac ſtupor articulorum, extenduntur præcordia ad ſuperiores partes: aluus adſtringitur: vrina guttatim emittitur, & vt plurimum omnia excrementorũ genera retinentur, quãuis id in omnibus non fieri compertum ſit, vox obtuſa, vel rauca fit; ſpirant difficulter, & corpus iactant inordinate, pudendum virile frequenter tenditur cum inuoluntaria ſeminis effuſione, lingua prominet, & cum morbus augetur, circa finem euomunt bilem flauam, & frequen-

Pulſus.

tius nigram, & ſingultu corripiuntur, quæ tamẽ ſymptomata in omnibus non ſpectãtur, & cum apparent, poſtridie, vel eadem die moriuntur. Aliqui etiam ſpaſmo, vt ait Scribonius Largus, ſeu vera conuulſione in poſtremis horis cum maximo dentium ſtridore ex muſculorum temporalium conuulſione vexantur. Aliæ notæ ab aliis huius peſſimi affectus cõfirmati recenſentur, quod ſpuma rabidorum ore emanet, quod oculos toruos, ac aſpectu horribiles habeãt, manibus corpus dilacerent, in proximos expuere aliqui conentur, ſeipſos faſtidiant, & domeſticos ignorent, ita vt furiis infernalibus agitari videantur.

Vtrum in rabidis videatur in aquis vel vrinis apparere canum imagines.

Aetius ſignum mirandum proponit; videri, ſcilicet, ſic affectis in balneo vel aqua catulorũ imagines apparere, & refert cuiuſdam philoſophi hiſtoriam, qui morſus à cane rabido, animo generoſo affectioni reſiſtens, & in conſequens ratus canem in balneo apparere, ratiocinatus, & ſic ſecum

cum locutus eſt, *Quid cani, & balneo commune eſt?* ſuperauit affectionem, & ſanatus eſt ab affectione, vbi citra timorem bibiſſet. Alzaharauius vero, & Auicenna cum cæteris ſuæ ſectæ addunt, rabidos vrinam mingere nigram, in qua apparent veluti canum imagines, vel carunculæ quædã, quæ viuas canum imagines repręſentent, Ideo Auenzoar *lib. 1. pract. tr. 9. cap. 16.* ſcribit ſequentia; *In hac mania quoddam mirabile reperitur, quia ſi collectum fuerit de vrina illius in quantitate multa in vrinali vitreo, quæ clarificabitur, & ſine dubio videbis intrà formas catulorum natantium,* & ſi *ipſum colaueris per pãnum ſubtilem, nullum veſtigium illorũ ſeu ſignũ in petia, poteris invenire, & ſi iterũ in vrinali repones, & ibi aliquantulum permanſerit, veraciter iterum videbis eos, vt prius.* Quæ an vera ſint, nos exiſtimamus, quod in vrinis carunculæ appareant eſſe mera figmenta; vrinas vero eſſe nigras, aliquando poteſt eſſe verum, ſed non ſemper, cum ab aliis ſit obſeruatum, in quibuſdam eſſe parum

ab vrinis sanorum immutatas, aliquibus immutatas, sed non ad nigrum; Quod vero arbitrentur rabidi, videre in vrinis, vel in aqua imagines canum, non est omnino præter rationem; Ideo varij varias huius euentus causas excogitarunt, quarum illa fortasse est aliis verisimilior, id fieri posse ex imaginatione rabidorum corrupta, quia semper habent in animo canis imaginem, à quo læsi sunt, ideo ex hac intēsa imaginatione fingunt, & videntur ipsis contenta, ac sedimenta esse canes, & aliis referunt se videre canes, non solum in propriis vrinis, verum etiam in aquis, quæ responsio est probabilis, fortasse tamē non vera, quia imaginatio non est corrupta in rabidis, vel saltem in plerisque, & ab initio, & cum abhorreant ita aquam, & liquida omnia, vt eam nec videre, nec audire, nedum gustare valeant, quomodo possunt in liquidis ista perspicere? etsi fortasse dicant, videre canes in oblata aqua, non est, quod re vera videantur sibi

Responsio probabilis.

ſibi videre canes, ſed id aſſerunt, ne cogantur illam videre vel guſtare; prçterea quomodo poterunt habere in animo canis imaginem, qui à cane non fuerunt læſi, ſed vel ab homine, vel ab altero animali commorſi ſunt, vel ex contagio morbum contraxerunt? Marcellus Donatus aliam, ſed priori ſimilem affert reſponſionem; quod ſcilicet propter fortem & continuam imaginationem, quam habent demorſi à cane rabido ad ipſum canem, in ſpiritu animali imaginatricis facultatis inſtrumento imprimitur forma canis, quam & ipſe aliis ſpiritibus imprimit, & ſic configurati ſpiritus configurant humiditates corporis, quas gubernant, & quibus immiſcentur, quæ configuratæ in vrina exiſtentes quieſcente vrina, in multa copia collecta, Idola, ſeu ſimulacra canum reprçſentant; Quæ reſponſio quamuis etiam in re ſua non ſit perfecta, & ſubiiciatur ſuperioribus difficultatibus, maioribus fortaſſe implicatur, quoniam ſi id

Reſponſio Marcelli Donati.

contingeret re vera, vt vtero gerentibus contingit, ex quorum intensa imaginatione aliquãdo ipsorum fœtus maculis variis, & rebus superfluis defœdari manifestum est, non solum ipsi rabidi has formas, sed & alij etiã viderent, quod tamen à nemine est obseruatum. Insuper quamuis in spiritibus idola quædã formari possint, & ista recipi à formatrice facultate, & nutritiua, & per consequens etiam in humoribus naturalibus cõcurrentibus ad generationem & nutritionem, minime tamen in excrementis, cum ipsa nec nutrire, nec generare valeant. Quod pertinet ad historiam ab Aetio descriptã, dicere possumus, esse potius fabulosam, quam veram, cum ab aliis acceptam referat, vel si vera est historia, quod timor erat leuis & morbus in principio, qui fortasse aliis adhibitis remediis, potuit curari, cum nullam habeam⁹ historiam, ex qua apertum sit, aliquando confirmatam rabiem fuisse curatam.

Cum

Cur rabidi aquam, & omnia liquida timeant, seu abhorreant, ac fugiant.

CAP. XIII.

SED quoniam pathognomicum, ac perpetuum inditium rabidorũ est, aquæ ac liquidorum timor, seu potius horror, & abominatio, non erit inutile huius insignis, ac admirabilis symptomatis causam inquirere, & præsertim cum non solum antiquiores Medici, verum etiam recentiores multi in indaganda huius rei causa, non leuiter laborauerint; Galenus *in lib. de ther. ad Pis.* ait, aquam rabidos reformidare ob corruptum mentis iuditium, seu ob delirium, eo quod, quid ipsis prodesse possit, minime intelligant, causam vero timoris esse humorem melancholicum: nam ab ipso, vt scribunt Paul⁹ & Aetius ex Rufo, vapor ater elatus ad cerebrum, spiritũ animalem tenebrosum reddit: timere autẽ hos aquam magis, quam alia obiecta ex qualitate huius humoris, & sicut alij melancho-

1. *Sententia Galeni.*

2. *Responsio Pauli & Aetij ex Rufo.*

cholici varia timēt, & circa varia de-
lirant, ita isti ex hoc veneno melan-
cholici facti, potius timent aquam
quam alia obiecta.

Dictæ Responsionis refutatio.

Sed responsio hæc non videtur sa-
tisfacere, quia timor est communis
affectus omnibus melancholicis, &
non determinatus ad hanc, vel illam
rem, ita vt ratione humoris melan-
cholici non possit generari in omni-
bus rabidis iste timor, quoniam sicut
multiformia sunt melancholica de-
liramenta, ita in rabiosa melancho-
lia ægrotantes varia expauescerent
obiecta, pro vt varia sunt tempera-
menta, mores, vitæ instituta, regio-
nes, victus rationes, ac aeris condi-
tiones. Paulus, Aetius, Rhasis *ad Al-
mans.* & Halyabbas censent, cum in
aqua veluti in speculo omnia tam v-
tilia, quam inutilia refulgeant, quod
rabidi, dum intuentur aquam, pro-
priam imaginem in ea spectāt adeo
rubram, & horrendam, torue inspi-
cientem, & ira plenam, magis ipsis
incutitur timor, ita vt ampli⁹ aquam
nec

nec videre, nec audire, nedum pota-
e velint. Quæ tamen reſponſio eſt
ana, quia eſſet neceſſarium, vt ſem-
per ægrotantes aquam in multa co-
ia aperte & in mundo vaſe aſpice-
ent, antequam ipſam timeant, vt p-
riam faciem intueri poſſint, ſed cũ
ſpiciunt aquã etiam in pauca quan-
itate, & in vaſculo anguſto, & non
rope, & in ipſa propriam faciem in-
ueri haud poſſint, nihilominus ti-
nore, & horrore deprehenduntur,
mmo, vt teſtatur Gal. *lib. 2. de antid.*
ap. 15. ſi rabidi vel tantillum aquæ in-
uentur, ſtatim tremunt, ac conuel-
untur, ideo ruit hæc ratio allata ti-
noris aquæ, & præſertim cum rabi-
i non ſolum aquam, verum etiam
mnia liquida, & turbida abominẽ-
ur, in quibus propriam faciem in-
ueri non valent.

3. Reſponſio Pauli & Aetij ex Poſsidonio.

Tertio Paulus & Aetius ex ſentẽ-
ia Poſſidonij aſſerunt, fieri poſſe, vt
abidi cum intuentur aquam, ob i-
naginationem deprauatam videan
ur videre canẽ, à quo demorſi ſunt,
cuius

cuius malum memoria reuocantes, statim immodico timore corripiuntur, ne iterum à cane lædantur, quæ opinio est fere eadẽ cum prima Galeni, quam secutus est Santes Arduinus *lib. 7. de veneno, cap. 2.* & à peritissimis viris reiicitur, quia rabidi nihil in aqua vident, vel videntur videre, vt multi interrogati, confessi sunt: nec aquam solum, sed etiam omnia liquida vt sunt iura, vinum, fercula, & decoctiones, in quibus nulla species repręsentari potest, pariter fugiunt, ac timent, præterea, qui rabidi fiunt ex contagio, non possunt timere imaginem canis, à quo non fuerũt sauciati.

Refutatio.

4. *Responsio Pauli, Rhasis ex Rufo, Halyabbatis & Alzaharauij.*

Quartũ responsum est Pauli, Rhasis 35. *cont.* ex Rufo; Halyabbatis 8. *theor. cap. 20.* & Alzarauij: quam sententiam videtur habuisse etiam Galen. *lib. de Theriaca ad Pisonem*, rabidos videlicet timere aquam ratione nimię siccitatis, cum humida ipsorum substantia sit penitus immutata, & quia indigẽt humido, propterea spe-

cies

cies humida aquæ in cerebrũ imprimitur, qua absente timent, & præsente timor augetur, existimãtes aquam & humida omnia illis aduersari, aptaque esse, vt ab eis dissoluantur, ac destruantur. Quam sentẽtiam Auicen. *6. 4. tr. 4. cap. 7.* refellit vti rationi dissonam, quia cum siccitas in rabido sit qualitas præter naturam, deberet potius ipse appetere suum cõtrarium, tanquam illud, quod possit ipsius corpus ad statum naturalem reducere, & siccitatem illam præternaturalem adimere. Insuper nos dicere possumus, quod hæc insignis siccitas, quam in rabidis supponunt, non deprehenditur cum facilime vbi est summa, vt in hecticis & cõsumtis, cognoscatur.

Refutatio.

Quinto quidã Rhasis Sophista fuit alterius opinionis, rabidos formidare liquida, & non solida, quia liquida sua tenuitate ingredientia meatus ventriculi exiccatos, summopere eos lædunt, ad cuius læsionẽ consentienbus cerebri membranis,

5. Responsio sophistæ cuiusdam Rhasis.

nis, læditur imaginatio; quæ postea est in causa timoris. Addit præterea auctor iste, inter visum, & stomachũ esse mirum quendam consensum, propter quem ægri stomachus visa aqua statim coafficitur, quo affecto introducitur aquæ odium.

Hęc opinio suppositis quibusdam innititur, & primo ventriculũ in rabidis macie, ac marasmo esse affectũ, cum tamen huius eximiæ siccitatis nulla adsint indicia. Secundo supponit vẽtriculi penetrationẽ, quæ si p-mitti potest, nõ valet adeo insignem excitare offensam, vt rabidi humida ex eo abominari possint, sicuti in he-ctica vẽtriculi, & totius corporis etiam id non euenire experientia oẽs sciunt, & quamuis adesse possit iste consensus inter ventriculum, & visum, cum non solum ex aquæ visione, verum etiam ex nomine, & sonitu aquæ pauor iste insurgat: sequitur, hunc affectum ex læso vẽtriculo potissimum nõ fieri, & relatam causam non esse veram.

Sexto

Sexto Fracaſtorius aliud excogitauit reſponſum, quod eſt, cum in rabie correptis obuerſetur ſpuma circa os, & cor liquidum, fluidumque fiat, ſi illis liquida offerantur, excitatur imaginatio liquidi eos extinguẽtis, eo quod ex paruis occaſionibus in ægrotantibus imaginatio horribilium commoueatur, ſicut de febricitãtibus cum delirio eſt manifeſtum, qui non nunquam ex paruis parietũ lineamentis, imaginantur eſſe animalia ſæua, ac praua, ex quo timent, & clamant, vt auferantur, & ita ex imaginatione huius liquidi exſtinguẽtis, excitatur in rabidis liquidorũ pauor. Hæc ratio quamuis aliquã probabilitatem habeat, nõ eſt tamen vera, quoniam omnes rabidi ſpumã circa os non habent, & quibus circumfluit, illud euenit in extremis tãtum horis, & antequam ſpuma os circũfluat, liquida abominantur, & propterea abominatio ſeu timor nõ poteſt in illis incuti ex imaginatione commota ex hac cauſa.

6. Reſponſio Fracaſtorij.

Refutatio.

7. Eiusdem Fracastorij.

Septimo videns Fracastorius, allatam rationem parum satisfacere, aliam verisimiliorem excogitauit, & est fere eadem cũ quarta, quod corpora exiccata dum adhuc propriam naturam retinent, humidum appetunt, dum vero ꝓpter maximã siccitatem, formã connatam & naturalẽ amittunt, tantum abest, vt appetant humida, vt potius ea vti cõtraria abhorreant, ac respuant, sicuti in morituris contingit, in quibus cum viscerum extincta sit natura, ipsi cibũ, ac potum omnem respuunt, & si cogantur assumere aliquid, cruciantur magis, ac dolent, quod vsu venisse memorat Galen. *in lib. 3. epid. sect. 3. com. 57.* in illa peste, in qua ægrotantes eligebant potius mori, quam cibum sumere, ob grauem stomachi læsionem. Cum autem in rabidis vẽtriculus, & cætera viscera adeo exiccata sint, vt amplius naturam propriam non conseruent; sed fere extincta sint, fit, vt omnia humida, & liquida abhorreant, & auersentur, & quæ nisi cum

ſi cum cruciatu, & læſione ingẽti ad-
mittere nõ poſſint. Nihilominus cũ
hæc ratio ſit admodum vniuerſalis,
vniuerſaliter etiam concludere de-
bet, quoniam vbi natura viſcerũ ex-
tincta eſt, nõ ſolum liquida, ſed mul-
to magis ſolida abominari ac reſpue-
re debent ægrotantes, ſicut in rela-
ta peſte à Galeno vſu venit. Sed cum
rabidi ſolum potulenta, & liquida a-
uerſentur, & ſolida cibaria aſſumant,
& aliquando etiam auide ipſa pe-
tant, & accipiant, manifeſtum eſt,
in eis viſcerum propriam naturam
non eſſe extinctam, ſed adhuc con-
ſeruari, cuius ratione ſolida & aſſu-
munt, & appetunt. Nec verum eſt,
rabidos ad illam extremam ſiccita-
tem peruenire, vti ſuperius eſt pro-
batum, & ſi peruenirent, ex obla-
ta aqua nec tremore, nec conuul-
ſiuis motibus, vt dicit Galen. depre-
henderentur, ſed ſimpliciter, vt mo-
rituri nõ valerent eam recipere; nec
etiam ex ſola recordatione affligé-
rentur.

8. *Responsio quorundā aliorum.*

Octauo quidam respondēt, in rabidis actionem deglutiendi esse læsam admodum, seu præpeditam ratione materiæ pituitosæ, crudæ, & viscidæ, ac virulentę occupantis totam gulæ regionem vsque ad fauces, eam tamen nō omnino obturantis, à qua eleuatur & resudat spuma ad os ipsorum, ratione ingentis agitationis, concussionis, & vellicationis viscerum, cum deterius se habent, & quoniam liquida difficilius deglutiuntur, quam solida, & ab illis materia inexistens in viis magis agitatur, vt inde magis deglutitioni resistat, & suffocationis periculum oppressa aspera arteria, immineat: hinc fieri, vt cum rabidi semel læsionem hanc, & discrimen experti fuerint, liquida abominentur, ac timeant, asserentes, liquida minime penetrare posse fauces, gulamue, ob eorum meatuum magnam angustiam. Quomodo vero actio hęc deglutiendi impediatur, explicant satis docte, quod nos aliis legendum relinquimus.

Hanc

Hanc rationem quamuis pro vera afferant, nos tamen illam haud ꝓbare poſſumus, quoniam à nemine hucuſque ſcriptum, vel experimento comprobatum eſt, facultatem deglutiendi in rabidis eſſe læſam. Præterea ſi verum eſſet vniuerſam gulā copioſa pituita, ac virulenta obliniri, id deberet fieri, cum diu, ac valde agitata, & commota ſunt viſcera, ſi multa debet partem illam obſidere pituita, non autem in principio morbi, dum incipiunt agitari & viſcera, & humores. Cum autem in primo ſtatim morbi inſultu ac initio ægrotantes abominentur aquam, & liquida, ſequitur hoc ſymptoma ab alia, quam à relata cauſa ortum habere, & potiſſimum cum eodē tempore, quo adeſt iſta deglutiendi difficultas, vt ipſi ſcribunt, ſpuma circa os ipſorum obuerſetur, quod tamen non fieri, niſi in extremis horis, ſuperius eſt probatum, vbi membrorum contractiones, & concuſſiones fiunt, & interiorum maxima agitatio. Scimus

Spuma vnde fiat.

enim spumam generari, vt docuit Galen. *lib.2. Aph.com.43.* & *lib.7.com.30.* & *1.prorr.com.1.tex.21.* & *lib.3.de vict. rat. in acut. com.12.* ex substantia spirituosa, & humida, vti à causa materiali; & à vehementi, violento, ac inæquali motu, sicut in mari impetuosis vẽtis agitato fieri videmus, vel à forti feruore, ac intensa caliditate, & in lebete ebulliente, ac efferuescente accidit, vel quandoque ab vtrisque, motu scilicet & calore, vt in equis currentibus, vti à causis efficientib⁹. In rabidis vero non fit spuma ratione intensæ caliditatis, quæ tunc fere extincta est, sed *ratione vehementis ac violenti motus.*

In rabidis vnde fiat spuma.

Vltima respõsio, quæ est autoris.

Vltima ratio, quam huius rei afferre possumus, desumitur ex ipsa morbi essentia, & est; cum venenum rabidorũ animalium sit à tota substãtia, vbi homini est communicatum, latenter humores labefactãs, ac paulatim permeans, membra principalia attingit, ea vellicat, cruciat, & sitim inuehit, ita vt si aliquid liqui-

d

di haurire ægrotantes cõtingat, maximam percipiant læsionem, & magnopere ex potu illo crucientur, nõ ratione alicuius manifestæ qualitatis, quia æqualiter à calidis, & à frigidis assumptis anguntur, sed ratione naturæ illius veneni, quod peculiariter dissensum, ac antipathiam habet ad omnia liquida, & à liquidis omnibus exasperatur, efferaturque, vt inde maiori ferocia, ac vi exultans, sæuius agat, & cruciet internas partes, & hinc fit, vt semel percepta ingenti læsione perpetuo omnes liquores abominentur, vel etiam ex solo visu, & oblatione sæuum patiantur cruciatum ob naturam ipsius veneni. Nam sicuti illi, qui à Phalangi specie illa, quam Tarantulam Apuli vocant, icti sunt, auditis lyricis instrumentis, vel tibiarum sono primo statim occursu à languoribus, quos venenum hoc infert, cessant, & in medium ꝓsilientes, tripudiare, & saltare incipiunt, tamque diu rem prosequuntur, ac si sa-

ni essent, & nullo vnquam tenerentur dolore, & diutius saltātes, sudore perfunduntur, ac sanitati restituuntur, hoc enim illius veneni proprium est, à pari quoque veneni rabidi proprietas est, vt aquam, & liquida timeant, & abhorreant, quam ꝓprietatem superius plerisq; exemplis ꝓbauimus, quæ hic referre non est opus. Et propterea rabidos non auersari aquam & liquida ratione vanæ imaginationis, sed quoniam ab his valde lęduntur. Quamuis negare nolumus, quod quamuis rabidi lædantur, & crucientur, vbi sonitum aquæ vel liquidorum audierint, vel aliquis de illis sermonem habuerit ob antipathiam, quam habet hoc venenum ad aquam, & liquida ex forti etiam imaginatione, quę immutatur aliqua ex parte, fieri posse, vbi ægrotantes deterius se habent; Alij meliores ac potiores excogitent huius rei rationes.

De

De Signis canis, & equi rabidi.
CAP. XIV.

QVONIAM maximum periculum, & ferè ineuitabile ab animali rabido imminet homini, & tutior, ac potior ratio cognoſcendi vulnus inflictum, an ſit à rabido animali, necne, ſita ſit in cognitione rabiei illius animalis, quod momordit, idcirco *hoc capite* canis & æqui rabidi ſigna explicare decreuimus, vt à quibus magis frequenter, vti ab animalibus domeſticis & quodammodo contubernalibus rabies homini communicetur.

Signa rabidi canis primus omnium ſcriptis tradidit Dioſcorides, quæ poſtea ab aliis auctoribus recenſentur, & illis alia adnectuntur.

Signa canis rabidi. Ex Dioſcoride igitur rabioſus canis potum & eſcã auerſatur, & quamuis, vt ſcribunt Oribaſius, Aetius, Paulus, & Actuarius, ſiti anguſtetur, non tamen bibit, ſed eam fugit, ait Rhaſes *8. ad Almans.* imo quandoque

moritur, si eam fuerit intuitus, multam spumantemque pituitam naribus, & ore proiicit; vel vt ait Alex. *lib. 2. problem. 76.* saliuam siccissimam, rubiginosissimamque emittit, torue ac tristius præter consuetum intuetur, & ex Galen. *lib. de ther. ad Pisonem*, & ex Alex. oculos rubentes, ac igneos habet, in oēs sine latratu irruit, & nullo discrimine notos iuxta, ignotosque dentibus sauciat. Præterea canis rabidus est macilentus, & corpore gracilis, caudam laxatam, seu demissam inter coxas, & vt scribit Alexand. horridam, tabescētem, & extenuatam habet, linguam exertam, seu foras exporrectam, & tanquam bile infectam, croceam, seu rubram, vel nigram habet: interdum sine causa percurrit, & deinceps subito consistit, furiosaq; quadam indignatione non præuidentes aggreditur. Insuper ex aliis græcis auctoribus, canis rabidus est mutus & veluti insanus, & adeo delirans, vt ne domesticos quidem a-

gno-

gnoſcat, ſed hos primum attingat, plerunque ore anhelat, aures demittit ſeu inclinat; ex Rhaſi vero *libro 8. ad Almans.* alij canes inſtinctu quodam naturali ipſum refugiunt. Rabidus canis vel non latrat, vel parum, cum voce rauca; His Auicenna addit, quod corpus canis rabidi quandoque puſtulis ſcatet, ſeu vt ipſe ait, apoſtematur, & colore cineritio inficitur, eſt ſolitarius, curue incedit, & inclinatus ad latus, præcepſque fit in omni paſſu, & contra quamque formam ſiue ſit parietis, ſiue arboris, ſiue animalis currit, ac eam inuadit. Tandem, vt quidam alij aſſerunt, etiam vrinam nigram ac turbidam emittit.

Signa equi rabidi.

Equi rabidi eadem fere ſunt ſigna, nam triſtes apparent, demiſſi fixe intuentur, aſpectu ſunt terribiles, oculos habent lucidos, igneos, ac immobiles, venæ illi tument, & duriores quam conſueuerint, anhelant, ſeu valide, ac frequenter reſpirant, loco ſtare neſciunt; nõnunquam ſudore

dore perfunduntur. Potiora vero ſigna ſunt, ſequentia, nam frequentiſſime aures inclinant, & ſtatim erigunt, extra rem hinniunt, & cum rabies magis augetur, vti animalia ſylueſtria, ac ferocia ore ſpumante, & aperto homines ac belluas adoriuntur, ac dentibus mordent, quibus & frangunt equiuilia, præſepia commordent, ac ſe ipſos, & nõ nunquam etiam validis morſibus extra propria eximunt.

Dubitatio circa ſigna rabidi canis.

Circa ſigna rabidi canis dubitare licet, cum dictum ſit, canem rabidum copioſam & ſpumantem pituitam ex ore, & naribus proijcere, qua ratione fiat, vt intenſiſſima ſiti moleſtetur, nam, vt ait Hipp. *illi, quibus aliquid à capite deſtillat, minime ſitiunt*, nã illabens pituita ſubtus ad partes oris internas illas irrigando, & humectãdo, omnem aufert ſitim, ſicut patet in his, qui febricitãt, ac etiam intenſe, in quibus ſi cerebrum pituita exuberet, ipſa à febrili calore fuſa ſubtus cadens, partes œſophagi à calore fe-

brili

brili exiccatas madefacit, & ita oẽm ſitim adimit; A ſimili idem euenire deberet in cane, vt ratione delabentis humoris illius minime ſiti tentaretur, cum tamen oppoſitum fiat, reſpondit, & recte Mancinellus rem ſecus ſe habere in homine, ac in cane, quoniam in homine humor à capite deſcendens, ac oris partes madefaciens, eſt pituita, humor frigidus & humidus, quæ cum aquæ proprietates ſeruet, fit, vt ad ſitim extinguendam ſit apta, & potiſſimum ſi ſit humor ſincerus, quod ſi mixtus ſit, ſi ſitim non extinguit, ſaltem imminuit: in cane vero humor ille, qui ab ore emanat, non eſt ſaliua, nec pituita, ſed humor malign9 ac venenoſus à motu & calore feruefactus, vt ſitim extinguere non valeat, ſed potius augere.

Reſponſio.

De

De Prognosticis.

Cap. XV.

SIgna Prognostica sunt in triplici differentia: alia enim indicant, quid sit sperandum, vbi quis ab animali rabido, vel fera, vel homine est comorsus: alia, vbi adsunt quædam futuræ, ac imminentis rabiei præludia: & alia vbi iam facta est rabies, & aquæ, liquidorumque horror.

Signa salutis. Cum igitur, quo ad prima signa ex vulnere, vt testatur Rhases ex Rufo, & post ipsum Auic. exit sanguis copiose à principio, & postea, dũ vlcus curatur, vel sponte sudor multus, vel vrina, & præcipue nigra, aut alia excrementa exeunt, sperãdum est, comorsum à rabie custodiendum fore: ob veneni, vna cum sanguinis, vel excrementorum euacuationem.

Sed mea sententia hoc non sufficit ad custodiendum comorsos à rabie, nisi quam primum, vt scribit Oribasius *lib.8.synop.cap.13.* & Aetius, omni

mni legitima curatione curentur, & prohibeatur omnino, ne in penitiores partes veneuum ſe inſinuet. Et Ideo ſcribit Diſcorides, multos ſe, antequam morbum experirentur, ab eo vindicaſſe, & complures ab aliis Medicis ſeruatos ſimiliter vidiſſe, q̄ poſtea ſit confirmatum à Paulo, & Aetio. Ideo à principio non eſt negligenda cura, quoniam vt etiam ait C. Celſus, vbi parum ab initio occurſum eſt, ſolet aquę pauor naſci; & Aeius, *qui à rabioſo cane morſi ſunt, ſi neglecti fuerint, vel male curati in affectionem quæ timoris incidunt.* Rhaſes ſcribit, i vulnera à rabido animali inflicta int ſuperficialia tātum, nec neruus, rteria ve afficiatur de ſalute eſſe ſpeandum, vbi vero adſunt notæ incipientis pauoris aquæ & rabiei, aliqua ſpes eſt de ſalute, & affectus curaionem recipere poteſt, *ſi tamen validiora & præſtātiora remedia adhibeantur:* quoniam nondum venenū omnino mēbra principalia labefactauit. Idcirco

circo asserit Diosc. *in cap. 39.* quosdam
seruatos esse, qui, vbi aquæ timorem
iam sentirent, ac simul morbi primũ
impetum experirentur, elleborum
assumsperunt.

Signa futura mortis.

Quod si rabies iam facta sit & cõ-
firmata, in angusto spem sitam esse
testatur Celsus, imo vt scribit Scri-
bonius Largus *lib. de Comp. med. cap.*
171. aquæ timor cum accidit, summo
cruciatu ad mortem eos compellit;
& ideo ipse cum Dioscoride, Oriba-
sio, Paulo, & Aetio, ait, neminem
seruatum se vidisse, & Auicenna et-
iam asserit, nullum ab aqua terrefa-
ctum euasisse per curationem, vel
absque curatione, & vt plurimum
morbum hunc in vna hebdomada
interficere, vel ex aliorum senten-
tia etiam in quatuor dierum termi-
no. Nam cum venenum istud occu-
pauit iam principalia membra, &
pernitiem suam vniuerso corpori cõ-
municauit, omnis curatio est inuti-
lis: & quamuis Dioscorides affir-

met

met, Eudemum, ac Themisonem
Medicum rabie affectos priori salu-
pritati fuisse restitutos, præterquam
quod id afferat ex aliorum relatione,
nec audeat affirmare, id vere acci-
disse, Paulus testatur, hos non fuisse
rabido cane comorsos, sed ex ali-
quo homine demorso affectionem
n ipsos translatam esse, & propter-
a Themison potuit seruari, quo-
iam, ex leui contagio ab amico suo
ontracto, in hanc affectionem inci-
lit. Et Apollonius Pergamenus re-
erente Oribasio, testatur, multos ex
is, in quibus ob aliam causam, aquæ
imor natus est, fuisse seruatos, ita vt
ecte possimus statuere, rabiem ex
ane, vel lupo, alioue fero animali,
omini communicatam, cum iam
acta est, curationem haud suscipere,
b homine vero vel per contagium
latam posse curari; ideo verum esse
on potest illud, quod Auicenna
cribit, rabiem in illis curari posse,
ui propriam imaginem in speculo

cognoſcant, ſi à cane, vel alio animali fuerint vulnerati, Plinius *lib. 8. cap. 40.* ſcribit, canũ rabiem Sirio ardente eſſe homini peſtiferam, & morſis aquæ timorem eſſe letalem.

(:.:)

FINIS LIBRI PRIMI.

DE

DE RABIE, HYDROPHOBIA COMMVNITER DICTA, BAPTISTÆ Codronchi, Philosophi ac Medici Imolensis,

LIBER SECVNDVS.

De his, quæ pertractanda sunt in hoc secundo libro, ac de indicationibus curatiuis.

CAPVT I.

CVM iam omnia ea, quæ ad naturam huius grauissimi morbi attinent, absoluerimus *in priori libro*; reliquum est, vt *in hoc secundo* ea etiam omnia, quæ ad præcautionem, curationem, & conseruationem facere videntur, diligenter inueniamus, ac perpendamus: nam primo loco de præseruatione, secundo de curatione, tertio, & vltimo de conseruatione agere expedit.

Quo ad primum præseruatio duplex *Præserua-*

tio duplex. plex eſt, vna vt morſus animalis rabidi, & præſertim canis vitetur, nec ore, vel lingua, aliaue ratione ſpuma, vel ſaliua, & excrementa ab ore, & naribus exeuntia, tangantur: nec aliqua res comorſa ab animali rabido, ſi tuto rem agere volumus, contractetur, nec longa mora, vel multa cõſuetudo cum rabioſo trahatur, vel habeatur.

1\.

2\. Altera præcautio erit, vt poſtquã homo ab animali rabido fuerit comorſus, vel ore, vel lingua, aliaue ratione ſpumam animalis rabidi tetigerit, vt illum omni induſtria, ac ſolicitudine tueamur, ne in rabiem incidat, quod ſtatim erit præſtandum. Nam ſi in cæteris ægritudinibus dilatio eſt mala, in hac eſt peſſima, vt quę ad extremam pernitiem comorſum, vel infectum deducat.

An cum Medicis rationalibus vel empiricis præſeruatio &

In qua tamen præſeruatione, quæ proprie loquendo, eſt vera curatio, à quibuſdam controuertitur, vtrũ methodo & ratione cum Medicis rationalibus, vel magis ſine methodo, & ſola

ſola obſeruatione cum empiricis, ſit inſtituenda, nam quod ſine methodo, & ſolis remediis experientia inuentis, ac notis, ſit tradenda, videtur illud potiſſimum perſuadere, quod affectio hæc ſit à tota ſubſtantia, quæ ſicut & plereque alię niſi medicamẽtis, quæ latenter, & occulta quadam proprietate iuuare ſolẽt, auferri poſſunt. Altera ex parte, cum ex Galeni doctrina non niſi tria morborum genera reperiantur, & venenoſi morbi, & qui à tota ſubſtantia appellantur ad vnum, vel ad alterum genus illorum reducantur, manifeſtum ſit, curationem illorum, & huius præſertim methodo, & indicationibus eſſe perficiendam. Quapropter virus, & quod corpori inhæſit, quamprimum extrahi debet, vt docet Galenus *lib. 3. meth. cap. 6.* & *in lib. de ſectis cap. 4.* Secundo prohiberi, ne id ipſum venenum ad interna progrediatur, ac per vniuerſum diffundatur. Tertio mẽbra principalia munienda, ac roboranda ſunt, vt venenum à ſeſe pro-

curatio ſit inſtituenda.

Rationes, quod cum empiricis.

Contrariæ.

Indicationes curatiuæ.

1.

2.

3.

pellere, & ipſum ſuperare poſſint.

4. Quarto ſi aliqua portio veneni per corporis ambitũ ſit propagata, à partibus præcipuis eſt reuellenda, & educenda. 5. Quinto & vltimo ſi vlcus adſit, erit curandum.

Quod ſi prẹſeruatio neglecta fuerit, & affectio iam incæperit, validiſſimis remediis tentãdum eſt, vt ſi fieri poſſit, expugnetur, & cum iam facta eſt, vt ſaltem illius ſymptomata mitiora reddantur, vel etiam remediis curatio tentetur, cum ſatius ſit, dubiam, quam nullam, adhibere curationem.

Vltimo loco de conſeruatione ſeu altera præſeruatione erit agendum, quibus peractis vniuerſa huius ſubdoli mali tractatio erit, ni fallor, abſoluta.

De chirurgicis auxiliis pro veneni euacuatione, ac tutela partium internarum.

CAP. II.

VT venenum è corpore educatur, & prouideatur, ne ad intima

ma corporis penetret, (eiſdem enim remediis vtrique ſatisfacere poſſumus, quæ erant primæ in præſeruatione intentiones,) multa præſidia ab auctoribus proponuntur, deligationes nēpe, medicamenta aſtringētia, ſectiones, circinationes, ſcarificationes, exuctiones, animalium appoſitiones, cucurbitulæ, hirudines, emplaſtra attrahentia, & inuſtiones vel cum ferro, vel cū medicamentis, de quibus ſigillatim agemus.

Vincula.

Quo ad primum Gal. *lib. 3. de loc. affect. cap. 7.* ſcribit, ante omnia conferre vincula ſuperioribus partibus parti affectæ iniecta, ex quibus præſentaneum remedium haberi, ſe expertum eſſe. In quibus tamen administrandis animaduertit Celſus *lib. 5. cap. 27.* non eſſe nimium vehementer deligandas partes, ne torpeant. Ideo confeſtim, ſi fieri poteſt, & ferat occaſio ſupra partē comorſam per tres vel quatuor digitos arcta adhibeatur deligatio. Et ſi pars deligationem nō admittat, medicamentis aſtringentibus

Medicamēta adſtringentia.

tibus, obducatur, vel circumcirca oblinatur, vt cũ albumine oui, gummi, ſanguine draconis, ac bolo armena, aut cum hoc lenimento, quod recipit. *Olei roſati, Myrtini, an* ℥ *1. myrtillorum, ſumachi, boli armenæ, ſanguinis draconis an* ʒ. *ſ.* cui ſi placet, adde etiam *roſarum* ʒ. *ſ. mis. & cum modico aceti, & cera q. ſ. fiat lenimentum*, loco tamẽ ceræ, mihi magis probatur albumen oui, quod ſua viſciditate magis adhærere facit parti medicamentum.

Linimentum.

Dioſcorides & Paulus proponunt, extremas partes aliquando præſcindendas eſſe, cuius rei tria habemus exempla penes Galenum in ſimilib' caſibus *in lib. 3. de loc. affect. cap. 7.* primum cuiuſdam ruſtici, qui in vno manus digito ictus, eius radicem apud palmam validiſſimo vinculo ligauit, accurrenſq; ad vrbem ad Medicum, totum digitum ab ipſa dearticulatione, quæ eſt ad poſtbrachiale abſcindendum præbuit, qui nihil aliud faciens, ſaluus euaſit. Secundũ, alterius, qui reſciſſo prius digito, &

Partium demorſarum abſciſſio.

epoto

epoto ex viperis medicamento, à periculo liberatus eſt. Tertium, eſt cuiuſdam Vinitoris, qui à vipera comorſus, cognita fera illa, ſtatim digitum comorſum falce ſibi amputauit, & penitus ſanatus eſt. Quod tamen remedium Galenus aperte minime commendat, nec quiſquam Medicus probus auderet illam operationem adminiſtrare, & pauciſſimi reperirentur, qui ſanæ partis amputationem perferre velint, & quamuis hæc ſectio in morſu, vel ictu animalis ſeu feræ valde lethalis, vt eſt Aſpis, Ceraſtes, ac Vipera, quorum venenum, cū ſit maximæ actiuitatis, quā primum ad interna progreditur, & necem ineuitabilem affert, ſit tuta, ac adminiſtrari poſſit, in morſu tamē animalis rabidi nō erit admittenda, cum venenum illorum ſit ſegne, ac tardum, ac aliis præſidiis tuto ac minus moleſte educi, ac ſuperari poſſit, & propterea magis laudare debem⁹, vt vincula, & emplaſtra aſtringentia adhibeantur, vt quibus facili nego-

tio inhiberi possit venenum, ne vlterius progrediatur.

Dum hæc peraguntur, si vlcus sit magnum, non est opus, nec sectione, nec vstione, si vulnus vero, vel vulnera inflicta sint exigua, & parua, maiora fieri debent, quod dilatare passim Chirurgi appellãt, vt nos docuit Galenus *lib. de Ther. ad Pisonem. cap. 16.* carnem videlicet circumquaque auferendo, ac vulnera circularia faciendo, quam circularem sectionem Medici circinationem nuncupant, ita enim virus è locis tollitur affectis, & si quæ pars veneni ad interiora ingressa sit, cum multo ac copioso sanguine educitur, & vulnera sic circularia, diutius aperta, vt est opus, seruari possunt.

Minoris vulneris dilatatio.

Secundo loco præcipit Aetius, vt vulneris circumstantia loca altioribus vlcusculis scarificentur, vt copiosa sanguinis euacuatio arceat inflammationem, & prohibeat, ne venenum membratim insinuetur, & Auctor libri virtutis centauriæ ait, quod

Partium circumstãtium Scarificatio.

quod ſtatim ac plaga facta eſt, vel mordicatio ſcarificare oporteat eũ, qui in circuitu eſt, locum, & in ipſo qui patitur, loco vnam profundam diuiſionem facere, quorum tamen Auctorum ſentẽtiam non recte percipientes Fracaſtorius ac Fernelius, & alij hos ſecuti, aſſerunt, vulnus eſſe ſcarificãdum, quod tamen mea ſententia pnitioſum eſt executioni mãdare; quoniam ſi inciſiones, & præſertim altius iam recenti vulneri infligantur, periculum imminet, ne dolor ingens vna cum inflammatione & febre excitetur, quę poſtea erũt impedimento, quo minus alia remedia, quibus virus euocari ac ſuperari ex toto poteſt, adhiberi poſſint, magno cum ægrotantis diſcrimine. Si tamen morſuræ eſſent exiles, & valde obſcuræ, vel etiam nullæ, ſed tantum veſtigia cõtuſionis dentium cũ rabidæ ſaliuæ tactu apparerent, tunc locum demorſum ſcarificari poſſe, & debere longis, ac profundis inciſionib⁹ crederem. Ideo ſcribit Dioſcorides

An & quã vulnera ſcarificanda.

rides in magnis vulneribus abſcedẽtès carnes auferendas eſſe, ac labia acie ſcalpelli circumſcribenda, & prehenſam hamulo cutem, volſella carnem amputandam eſſe, ſi tamen, (vt animaduertunt Poſteriores Medici) locus non ſit ex neruis, vel muſculis compactus, tunc enim, tam in exiguis, quam in magnis circumſtantia loca altioribus vlcuſculis ſunt ſcarificanda.

Veneni exuctio.

Exugens quomodo præparandus.

Inter alia remedia pro veneno extrahenda à loco commorſo auctores aliqui ex ſententia Dioſcoridis, & Galeni *lib. 13. meth. cap. 6.* proponunt, vt ſtatim miniſter aliquis adhibeatur, qui ore vulneri pręſertim leui appoſito venenum exugat, quod vt ſine miniſtri detrimẽto ſuccedat, cauent, ne in ore miniſtri vlcera adſint, cum ex Celſo venena non guſtu, ſed in vulnere noceant, & vt os miniſtri prius oleo foueatur, quod non permittit hærere venenum, ac locus affectus etiam ſpongia in poſcã calidam immerſa, vel cum decocto cha-

chamemeli, & radicis syluestris lapa-
hij, proluatur. Quod remedium cũ
Dioscorides & Galenus ex aliorum
sententia proponant, & sit valde pe-
iculosum, ac dubium, illud omitte-
re tutius esset pro ministri salute, &
huius loco vulneri affigere hirudinẽ
vnam, vel plures quæ virus optime v-
na cum sanguine exhaurire valent, vt
sentiunt Auicenna, & Isaac, vel vt a-
lij auctores consulunt, statim catulo-
rum vel gallorum, vel columborum
podicem deplumatũ vulneri admo-
uere, quorum operatio vt fœlicius
succedat, animalium os est clauden-
dum, ne possint aerem attrahere per
partem superiorem, quod animal si
moriatur, alterum substituatur, ita
prosequendo quousque tota veneni
vis extracta sit, cuius rei certum indi-
cium erit, cum gallus, (hic enim ob
naturam calidiorem aptior est,) vel
aliud animal extinctum non rema-
net. Vel quod alij magis commen-
dant, animalia hæc viua nuper disse-
cta, & adhuc calẽtia parti applicẽtur,
quia

Appositio viuorum animalium.

Appositio dissectorum.

quia non ſolum quadam proprietate, verum calorifica podicis, vel interiorum facultate diſſecti nuper animalis fit efficaciſſima virulentiæ extractio, & doloris, ſi adſit, mitigatio.

Dioſcorides, Galenus, cum cæteris Græcis, Celſus, Rhaſis *ad Almans.* Halyabbas, & poſteriores Medici ex præſtantioribus, vt venenum validius à vulnere extrahatur, & diſſoluatur abſq; calefactione, proponunt, cucurbitulam cum largiori flamma eſſe vulneri affigendam, cuius vice quidam ex antiquis vtebantur quibuſdam cauis cornibus, vt teſtatur Galen. *lib. 13. meth.* In qua cucurbitulę applicatione animaduertendum eſt, quod vbi vlcus eſt anguſtum, prius, maius fieri debet; & ſi magnum, circumcidi, & vtrumq; circũ circa ſcarificari, poſtea cucurbitulam vulneri affigi, ac poſtea pro reliquiarum veneni, ac doloris lenimine, animalia parua per medium diuiſa, ſupra vulnus apponi.

Cucurbitulæ.

At

At longe efficaciſſimum, & expe- *Vſtio.* ditiſſimum (vt Dioſcorides ait) in venenatis ictibus præſidium eſt, vſtio, quia nihil eſt, quod tutius ac validius omne genus veneni infringere, ac ſuperare poſſit, quam ignis ipſe, & cũ ex vſtione neceſſario apertum vlcus diutius perduret, efficitur non vulgare, ac tutum totius curationis fundamentum, & ideo Galenus *libro de Ther. ad Piſonem* ſcribit, poſt vulnus ſectione maius factum, conſueuiſſe ferramentis valde ignitis locũ ipſum inurere. In qua operatione adhibenda commendare non poſſum recen- *Quando vſtio tentãda.* tiores illos Medicos, qui pri⁹ alia experiuntur remedia ad expugnãdum venenũ, quibus nõ conferentibus ad ignẽ confugiunt: qm̃ dum alia peraguntur, & venenũ non euocatur, intimi⁹ penetrat, vbi vero intro admodum eſt progreſſum, tantum abeſt, vt igne, alioue remedio euocari poſſit, vt potius agitetur magis, ac citius maiorique impetu ad viſcera ingrediatur, & proptetea cum principium

ſit

ſit valde ambiguum & latẽs, vulnere maiori facto, ſi eſt opus, & adhibitis ſcarificationibus, & cucurbitula etiam locus affectus candenti ferro inuratur, fiatque inuſtio, quãtum permittit pars, profunda, vt peruenire poſſit ad vltimum terminum, in quo virus latet, fiat etiam tantæ amplitudinis, vt vlceris cicatrix breui non poſſit cõmitti. Quidam neotericus Medicus vtitur ferro crucis modo parato, & poſtea cæpam albam decoctam vlceri imponit, vel ſuccum ebuli cum puluere duarum cantharidum, quæ vſtio, vbi eſt multa caro, tuto adhiberi poteſt; vbi vero nerui multi, ac venæ reperiuntur, & etiam muſculi (vt docet Celſus) parcius ac leuius agendum erit, vel potius ignis erit omittendus, vbi ab ipſo inſigne periculum immineret. Vſtione facta

Quid poſt vſtionem faciendum.

preſertim cum inſtrumento aureo, ſi ita expedire videatur, obnixe dare operam oportet, vt inexiſtens cruſta, quam Chirurgici eſcharam vocant, celerrime amoueatur, vt quam-

pri-

primum veneni ſeminaria euacuari poſſint; nam cruſta in vulnere retēta omnes obſerat meatus; vlcera coaleſcunt, & cicatrices obducũtur, maximo ægrotantium detrimēto. Cruſta autem ſpatio bidui excidit; ſi frequenter illinatur cum liquida vernice, oui vitello & recenti butyro permixta, vel etiam cum ſimplici butyro ita feruefacto quantum ægrotans perferre poſſit, quod remedium, quamuis ſit vulgare, fortaſſe tamen cæteris præſtat. Si locus ſit carnoſus etiam cum manuali operatione cruſta remoueri poteſt, in qua ſi ſpõte ſanguis exeat, permittendus eſt in conuenienti quantitate exitus. Quod ſi locus comorſus vſtionē non ſuſtineat, Gal. *lib. 13. meth. cap. 6.* laudat, adhibenda eſſe ea medicamenta, quæ pariter, vt cauteria eſcharam efficiunt. Scribonius Largus docet apponēda eſſe ea, quæ etiam partem ſanam exulcerant, & Auicenna *in 6. 4. tr. 3. cap. 1.* ſcribit, ſi vſtio ferro fieri non poteſt, vt more Ægyptiorum fiat cum

fune accenso, vel cum medicamentis vstoriis, vel cum oleo vrẽte. Ideo Ioannes de Vigo locum comburebat cum oleo sambucino, cuius vestigia secutus quidam doctus & expertus Medicus vice olei sambucini, vtebatur felici cũ successu oleo feruenti, in quo liquatum est sulphur, sal, & oleum rosaceum: Andreas Matthiolus inter septica, & vlcerantia medicamenta nullum esse præstãtius argento sublimato testatur, si cũ refrigerantibus medicamentis illud permisceatur, vt minus doloris inferat: nam præterquam quod validissime inurit, exusta ab eo caro, obductaq; crusta duobus tantum diebus post decidit, si tamen assidue butyro illinatur, id quod in aliorum exustione minime euenit. Vbi vero deciderit crusta, vt virus extrahatur, & continuo effluat, facta vel non facta inustione, omni industria vlcus diu apertum conseruari debet, neque pati cicatricem ducere saltẽ spatio quadraginta dierum, vt monet Aetius, & sa-

& satis apte probat Galenus *lib. de se-ctis* experientia: *duo*, inquit, *fuere, qui à rabido cane morsi, ad eos Medicos, cum quibus consuetudo intercesserat, confugere, medicinam petentes, eratque vtrique vlcus exiguum: è Medicis vnus vlceri tantummodo curationē adhibuit, nulla alia de re sollicitus, paucisque diebus sanam partem ostendit; alter vero, qui canem rabiosum esse nouisset, tantum abest, vt festinarit vlcus ad cicatricem perducere, vt contra etiam magis amplum semper efficeret, validis v-tens, acribusque ad multum tempus medicamentis: ita quidem res cessit vtrique, vt alter sanitati sit restitutus, & alter, qui nihil mali inesse putabat, repente aquam formidauerit, & conuulsus interierit.* Historia.

De Medicamentis attrahentibus, & vlcus apertum conseruantibus, & sanatum vlcus dissoluentibus: ac de signis extincti veneni.

CAP. III.

INTER medicamenta vi attrahē-te prædita Diosc. *lib. 6. cap. 38.* pro- *Attrahentia ex Dioscoride.*

 ponit

ponit ſalſamentum vti præſtans remedium, & *lib. 2. cap. 31.* ſpeciatim garum, quod ex piſcibus, ac carnibus conficitur, & muria dicitur, & *eodem 6. lib.* ſylueſtre allium contritum, cæpam, ſuccum cyrenaicum, tritici grana tam manſa, quam non manſa vlceri imponenda, *lib. 3. cap. 48.* ait, ex ſucco panacis heraclij, quod opopanax appellatur à Galeno, & pice optimum fieri emplaſtrum, *cap. 78.* laudat laſerem, quæ eſt laſerpitij lachryma; laſerem tamen eſſe belzoinum vocatum aliqui volunt, & optimum eſſe cyrenaicum, valere etiam multum ballote, ſeu marrubij nigri folia ex ſale trita *cap. 100.* & folia apiaſtri meliſſę nuncupati *cap. 101.* ſcribit: *lib. 2. cap. 145.* laudat ſuccum cæpę cum aceto, ruta, & mele illitum, & *cap. 146.* allium, & *lib. 3. cap. 89.* alyſſum herbam, de qua inferius. Ex quibus tamen ego probarem, vt ſimul allium, cępam, ac triticum commanſum acceptum parti affectæ imponeretur, cum experimento comprobatum ſit, multum

Opopanax quid.

Laſer.

Ballote.

pro-

prodesse. Quod si dolorem inferret, intermitti vel potius cum oleo hypericonis, seu lumbricorum misceri debet.

Gal. *lib. 11. simpl. cap. de cancris vstis*, & *lib. 3. de comp. med. per genera cap. 5.* cõmendat mirum in modum emplastrum paratum ex pice, opopanace, & aceto, vt:

Emplastrũ ex Galeno.

R. Picis, lib. i.
Aceti acerrimi, lib. i. & ℥. vij.
Opopanacis, ℥. ij.

Opopanax prius, vt ipse docet, *in cyathis quatuor aceti diluatur, aceti quod superest vna cum pice decoquatur, quod vbi consumptum est, addatur cauendo, ne efferueat*, quæ cum erunt satis inter sese commixta, plagellæ magnæ inde conficiantur, locoque comorso superindantur, in hoc medicamento valde confidit Galenus, asserens, neminẽ se vidisse, qui illo vsus sit mortu9; & *lib. 3. de comp. med. per genera cap. 5.* nõ sinere vlcus cicatricẽ ducere, & punctis in neruosa parte idoneum esse; Quoniam tamen durum est, in duris

ſolum corporibus adminiſtrari debet, qualia ſunt foſſorum, & meſſorum, in pueris autem, vel mulierib⁹ vel mollioribus corporibus, punctis cum vnguento aliquo diſcuſſorio, amaracino maxime & opobalſamo, vel cum vino, vel oleo veteri colliquari; *in lib.* vero *de ther. ad Piſ.* teſtatur ſe cum fælici ſucceſſu expertum eſſe, theriacam cum oleo roſaceo liquatam, & linimentis impoſitam, quam etiam ſolam emplaſtri modo impoſitam prodeſſe aſſerit Aetius *ſerm.13. cap. 10.* Præterea idem Galen. *lib. 11. ſimpl.* ſcribit, mytulorum carnes, quos myacas græci vocant, opitulari adhibitas: *lib. 3. de med. facultate cap. 36.* braſſicæ folia cum laſere trita ex aceto, vel etiam braſſicæ folia ſola ait, proficere; Multa alia antidota proponit *lib. 2. de comp. med. per gen. cap. 22.* & *lib. 3. cap. 9.* & *lib. 5. cap. 3.* & *4.* quæ libenter omitto, ne lectorem tedio afficiam. Plinius *lib. 22. cap. 23.* ait, laſerem inter eximia naturæ dona numeratum, cum ruta vel melle, vel

per

er se visco superlitum, vt hæreat p-
esse, sicut & *lib. 23. cap. 7.* fici ramo-
um teneris cauliculos cuti imposi-
os, & *cap. 8.* amygdalas amaras cum
nelle, nuces iuglandes cum cæpa, sa-
e, & melle, & capitis canini cinerem
ppositum; Aetius *serm. 13. cap. 10.* lau-
at quoddam medicamentum, quo-
iam vehementer arcet inflamma-
onem, & raro citra magnam vtili-
atẽ, & efficaciam adhibetur, Quod

Emplastrum.

R. Spumæ argenti,
Cerusæ,
Resinæ pini, an lib. i.
Ol. veteris, lib. iij.
Ceræ, ℥. vij.
Amoniaci,
Thymiamatis,
Galbani, an ℥. iiij.

erusam, argenti spumam, & oleum co-
uito, donec manus non inquinent, deinde
quefacta adiicito, vnito, & vtitor.

Scribonius Largus *lib. de comp. med.*
ap. 175. proponit emplastrum, quod
multis profuisse asserit, & est à Tri-
hone acceptum, cæpam videlicet

cum ſale, & ruta, item iuglandes nuces cum allio, ſale, & melle: Oribaſius, Paulus, & Aetius proponunt: ablutionem vlceris cũ decocto chamemeli, & radicum agreſtis lapathij: & Oribaſius ait, nepetam aridam facile ex imis partib⁹ omnem circumiacentem humiditatem ad ſe trahere. Laudatur etiam ab auctoribus ceratum ex dictamo, ſeu diadictamum appellatum, ſiue ſacrum, à Galeno deſcriptum *in lib. 5. de comp. med. per gen. cap. 2.* & ad noſtra pondera redactum à recentioribus Medicis *in ſuis antidotariis.* Hieronym⁹ Capiuaccius laudat ſequens, quod

Emplaſtrũ ex Capiuaccio.

R. Cineris cancri fluuiatilis,
Allij,
Menthæ,
Gentianæ,
Ariſtolochiæ rot. an. ʒ ij.
Baccarum lauri,
Boli arm. an. ʒ. i. miſce, & cum ſucco menthæ fiat emplaſtrum.

Quod ſi, vt crebro euenit, cicatrices priuſquam dies poſtulet, obducan-

cantur, opus est, circum carne amputata, vel exusta, vulnera aperta tenere, ac refricare per cinerem vitis, aut ficulneum, vel folia marubij, vel anagallidis imponere, vt vlcera resoluantur, vt scribit Aetius.

Circa relata auxilia chirurgica Diosc. *lib.6.cap.39.* & Paulus *lib.5.cap.3.* animaduertũt, si à principio prætermissa fuerint, (quod principium spatio trium dierum Rhases *8. ad Alman.* existimat, Auicenna id etiam vsq; ad septimum extendit, qua in re opus erit Medici prudentia, ac peritia) nec vstionem experiri operępretium esse, nec alia chirurgica remedia, non enim, quod pertransiit, satis euocari posset, nec vlla huius rei vtilitas, sed in cassum corpora doloribus sternerentur. Ea propter si pluribus diebus transactis vlcus cicatricem adhuc nõ obduxit, amplius non comburatur, nec scarificationibus, cucurbitulis, emplastrisve irritetur, quia, vt ait Rhases, venenum iam in totum corpus diffusum est, esset tamen satis vtile in

le in quocunque casu, vel etiam trãs-actis quadraginta diebus & adhibitis conuenientibus auxiliis in loco congruo partis comorsæ, si excitaretur fonticulus vel ignito ferro, vel cum caustico medicamento, quoniam ex cõtinuata illius euacuatione aliqua potest fieri virus reuulsio, & euacuatio, & eo magis, si cauterium fiat vlcere iam sanato ante præstitutum tẽpus.

Signa extincti veneni.

Vt autem cognoscere possimus, an ex adhibitis auxiliis chirurgicis & aliis topicis remediis totum venenum sit dissipatum & eductũ, Paulus ex Oribasio docet, eadem probatione vti, quæ vsurpata fuit in cognitione morsus, vtrum esset animalis rabidi, necne, vt fiat videlicet emplastrum ex nucibus regiis, vt vlceri applicetur, deinde illud gallo, vel gallinæ offeratur, quod si auis ederit, & moriatur, erit inditium, nondum esse vlcus ab omni veneno repurgatũ, & propterea curandum erit, vt apertum adhuc conseruetur; si autem a-

uis

ius superuiuat, erit signum, omnes
veneni reliquias absumptas & vlceri
cicatricem obducendam esse iis re-
mediis, quæ talem habent faculta-
tem. In hoc capite recenseri debent
ea medicamenta, quæ exterius parti-
bus adhibita sanis, habent vim vene-
na propulsandi à partibus nobiliori-
bus, inter quę laudantur duo olei ge-
nera satis famosa, vnum Magni Du-
cis Hetruriæ, & alterum scorpionis
Matthioli, vt videlicet cum vno ho-
rum duorum, vel alio simili illinan-
tur pulsus omnes, temporum, manu-
um, & pedum, oris iugulum, & cor-
dis regio per biduum singulis sex ho-
ris, & aliis quinq; diebus bis tantum
in die, & circa locũ demorsum etiam
eodem modo, vel, vt alij volunt, ter-
tia quaque hora.

Nec cuiquam displiceat, nos ni-
mis prolixa oratione hanc partem
pertractasse, & tot proposuisse reme-
dia pro vlceris productione, cũ hæc
sit potissima pręseruationis pars, quę
si cum ratione & diligentia fuerit à
Medi-

Medicis vſurpata, nullus comorſus à rabido animali poterit rabie corripi, niſi ſit ita efficax venenum, vt primis diebus morbum inferat.

De Victus ratione.

Cap. IV.

VT autem præſeruatio hæc tuta, & abſoluta eueniat; dum vlcus à veneno expurgatur, ac illud reuellere à partibus principalib⁹ nitimur; pariter eædem partes muniri ac roborari debent, vt venenum à ſeipſis depellere, ac euincere valeant, quod ex tertia intẽtione curatiua erat executioni mandandum; quod quidem aſſequi poſſumus, & recta victus ratione inſtituta, & medicamentis cõuenientibus propinatis.

Viuendi norma in qualitate.

Viuendi norma talis inſtituatur, quo ad qualitatem, vt veneni vires hebetare, ac reſtinguere poſſit, ſimulque prohibere, quo minus ad intima penitius illabatur, vt docuere Dioſcorides & Paulus. Et quo ad quan-

In quantitate.

uantitatem, vt non ſit nimis tenuis, ec plenior, vt Aetius *lib. 6.* tradit, id-o indigentia, & ſatietas ſunt vitan-æ, magis vero indigentia, cum il-a humorum prauitatem adaugeat: nembra enim inanita, ſi cibo & a-imento careant, venenum attra-unt, quod humores inficit & cor-umpit, quod vlceri maligno nequa-quam expedit. Moderandum igi-ur alimentum, vt & recte conficia-ur, & optimū ſuccum corpori præ-beat.

Potus. Pro potu vinum meracum Dio-corides & Celſus, quod omnib⁹ ve-nenis ſit aduerſarium, vinum etiam arcum, ſeu dulce, vt aliqui inter-retantur, commendant; Aetius vi-um album, & tenue nec valde anti-quum exhibendum eſſe, docet; A-icennas tamen, & Rhaſes volunt xhibēdam eſſe aquā ſimplicem, vel quam hordei, vel vinum multa a-qua permixtum, quod non laudo.

Cibus. Panis ſit ex farina optimi tritici, nulto fermento exceptus, cui ſi et-

iam

iam ſemina aliqua odorata vel aromata indantur, erit magis ex vſu; carnes ſint ex laudatis auibus, & aliis animalibus, quæ optimum ſuccum præbere poſſint. Excipit tamen Rabi Moyſes pullos colūbinos vti peſſimos ex quadam ſubſtātiæ proprietate. Et quamuis caro arietis non ſit probi ſucci, eadem tamen ex occulta proprietate vti affectui vtilis commendatur. Ex piſcibus omnes laudant cancros fluuiales, quos non ratione manifeſtæ, ſed arcanæ cuiuſdam facultatis multum prodeſſe experientia comprobatum eſt; Admitti etiam poſſunt gammari in vino optimo decocti, & erinacei recentes.

Inter fructus vtantur nucibus iuglandibus, caricis, amygdalis, & piſtachiis, aliqui etiam commendant caſtaneas, quas à proprietate prodeſſe aſſerunt. Ex herbis & radicibus ꝓſunt, allium, cæpæ, porrum, raphanus, ſmirnium, aſparagus, rumex ſylueſtris, & hortenſis, cichorium agreſte, & braſſica, quam peculiariter

huic

huic affectui prodesse Rabi Moyses testatur, preterea olera acria, & semina odorata, & aromata non modice prodesse possunt.

Abstineant demorsi per annum integrum à contactu, & vmbra cornus & sanguinariæ arboris, & à somno subsorbo, & à balneo cuiuscunque aquæ.

Aer. Quo ad aerem, maneant comorsi in aere, & loco sereno, & lucido, & mediocriter calido, aerem crassum, loca frigida, & obscura vitent.

Exercitia somnus, vigilia. Exercitium, somn⁹, & vigilia, sint moderata.

Paßiones animi. Animi omnes noxias passiones, vt mœrorem, timorem, & iram omnino à seipsis, quantum fieri potest, depellant.

Egestiones. Egestionũ quotidianarum, & mistionum curam habẽdam esse asserit Aetius, vt videlicet singulis diebus excernantur cõsuetis horis, quas tamen iuuare possunt (inquit ille) præscriptæ radices, scandix comesta, & fœniculus, crithmum, seu crithamũ, vel

vel crethmum, seu crethamum, fœniculum marinum dictum, hæc enim tum ventrem, tum vrinam mouere solent.

Venus. Oribasius præcipit referente quodã vt comorsi per quadraginta dies à venere abstineant, & à carnibus. Primum est rationabile: secundum videtur esse sine ratione. Nam si vires manuteneri debent, non video, quomodo cum carnium abstinentia diuturna id assequi quis possit.

De Antidotis simplicibus, & compositis conferentibus comorsis à rabido animali.

Cap. V.

Medicamenta, quæ principes partes tueri possunt, ne à viru rabido labefactentur, ac venenum ipsum superare ac extinguere valent, plurima recensentur cũ simplicia, tum composita ab antiquioribus ac recentioribus Medicis.

Simplicia. Inter simplicia medicaméta Dioscorid.

ſcorid. *lib.1.cap.114.* proponit lycium, hoc eſt, eius lachrymam in catapotio deuoratum, vel in aqua potum, quo tamen nos caremus, *lib.2.cap.27.* ait, ſmaridis piſcis ſalitam carnem, velut omne ſalſamentum valere: *lib.6.cap.39.* ſcribit, aromata omnia magnam vim habere ad ſuperanda venena, eo, quod viribus & ſubſtantiis ægre permutentur: *lib.2.cap.38.* ait, multos opinari, iecur canis, qui rabie exagitatur, toſtum, ac in cibo à comorſis ſumptum, ne ipſi tententur mœtu aquæ, tueri, & aliqui referunt, in Polonia rabiem cum tali remedio curari. Quoniam tamen Dioſcorides non probat, & Galen. *2.ſimpl.* ſcribit, quoſdam, quod illi fidem habuiſſent, fuiſſe mortuos, remedium vti vanũ ac inutile reiiciẽdum eſt, ſicut & ſanguis eiuſdem canis rabidi propoſitus à Dioſcoride *lib.2.cap.72.* quia diſſentens Galenus de ſanguine *initio lib.10. ſimp.med.* explicat multa de ſanguinis viribus à ſcriptoribus eſſe tradita, quæ facto periculo fabuloſa potius,

Sanguini canino nullas eſſe vires ad educendum venenum

 ac va-

cōtra Marsilium & alios.

ac vana reperiuntur, ideo nō est credendum Serapioni, qui asserit, sanguinem caninum sanum epotum comorsos à rabido cane curare, cuius rei etiam futilis est ratio, q̃ Marsilius Ficinus *lib.2. de vita producēda c. 11.* adducit, & est, quod *saliua* (ei⁹ verba refert) *canis rabidi venenosa impressa hominis pedi læso per venas paulatim ad cor ascēdit more veneni, nisi quid interea distrahat, si igitur interim canis alterius sanguinem ille biberit, sanguis ille crud⁹ ad multas horas natat in stomacho, eum denique veluti peregrinū eiecturus stomachus per aluum. Interea caninus sanguis saliuam caninam superiora membra prensantem priusquam ad præcordia veniat, deriuat ad stomachū, nam & in canino sanguine virtus est ad saliuam canis attrahendam, & in saliua vicissim virtus ad similem sanguinem prosequendum; Venenum igitur à corde semotū, sanguinique imbibitum in aluo natanti, vna cum sanguine per inferiora deducitur, hominemq; ita relinquit incolumem.* Quæ responsio multa absurda continet: primo supponit hunc effectū solum

sequi

ſequi cõmorſo pede, quod ſi ſuperiores partes mordeantur, ruit ratio Marſilij. Præterea falſum eſt ſanguinem in ſtomacho natare, quia ſanguis extra venas exiens, ſtatim coaleſcit, & in grumos conuertitur, & tantum abeſt, vt iuuare poſſit, vt potius ſæua ſymptomata excitare conſueuerit. Nec reperire eſt apud vllum auctorem probatum, ſanguinem caninum habere hãc attrahendi facultatem, cum potius, vt diximꝰ ex Gal. multa futilia, ac inania de ſanguine dicantur. Reuertor igitur ad Dioſc. qui *cap. 74.* laudat vrinam caninam, Galenus tamen vrinarum medicamenta paruipendit, & eorum medicinas ad curioſos, ſuperſtitioſoſque magis ſpectare exiſtimat, quam ad peritos Medicos, qui hæc nauſeoſa, incertaque remedia nunquam probatis, expertiſque præponunt. Præterea *lib. 2. cap. 75.* mel decoctum linctum, vel potum proficere, & *cap. 89. lib. 3.* alyſſum contuſum in edulio rabiei caninæ mederi, putatur, Galen.

Vrinæ caninæ vſus à Dioſcoride commendatus à Galeno reiicitur.

lib. 6. simpl. ait, *nuncupata est hæc herba Alysson, quod mirifice iuuet comorsos à cane rabido, sed & rabienti quoque data sæpe in totum sanauit, & hoc ex totius substantiæ similitudine efficit.* Plinius quoque *lib. 24. cap. 2.* ait, *alyssum nomen accepit, quod à cane comorsos, rabiem sentire non patitur ex aceto potum, adligatumq́;.* Modum parandi, & quantitatem exhibendam huius medicamenti docet Galenus *lib. 2. de antid. cap. 2.* vbi asserit; *alyssum herbam contusam & cribratam repone, huius, cum opus fuerit, cochlear exhibe ex aquæ mulsæ cyathis tribus à primo die vsq; ad quadraginta, sin minus saltem septem primis diebus.*

Cõtrouersia: quæ hodie sit plãta, quæ veterum alysson repræsentat.

Sed quoniam non leuis versatur inter Medicos cõtrouersia, quæ nam hodie sit planta, quæ veterem Alysson repræsentet, vt aliquid certi statui nõ possit, aliam enim habet Dioscorides, aliam Galenus; Plinius, & Aetius pariter diuersam, nobis tamẽ placet Galeno adhærere, & descriptam ab eo pro Alysso plantam recipere, eo quod ꝓ certo affirmet, eam

ra-

rabiem ſanare. Scribit autem *lib.2.de*
antid. alyſſum eſſe herbam marrubio
adſimilem, aſperiorem tamē, & ma-
gis aculeatam circa orbiculos, & flo-
rem ad cœruleum vergentem pro-
ferre, hanc vero ſub caniculæ æſtu
colligendam eſſe, exiccatam cōtun-
di, cribrari, & ſeruari debere, ne dif-
fletur: & quoniam alyſſum ab ipſo
deſcriptum primam ſideritim refert,
quam aliqui heracleam vocabāt, id-
circo hāc pro Galeni Alyſſo recipe-
re poſſumus, qui *lib.2. ſimpl.* terram
lemniam ſanare morſum canis rabi-
di, & *lib.3. med. de facil. parab. cap.16.*
braſſicæ decoctum potui datum pro-
ficere teſtatur. Oribaſius & Paulus
proponunt ſilphij liquorem, chamę-
dryn, ſcordium, gentianæ radicem,
polium, fluuiatilem cancrum deco-
ctum multo anetho admixto, rutæ
agreſtis ſemen, coagulum nouelli le-
poris, betæ radicis ſuccum, quæ o-
mnia in vino aſſumenda eſſe præci-
piunt. Aetius ait, *mergi iecur aſſatum*
cum oleo, & modico ſale, & hypocampum

 edere,

edere, iubent. Quin & catuli recenter nati coagulum cum aqua datum, & leucāthemum herbam vtilia esse, sicut & chamæmelum, absynthium, centauream paruam, aristolochiam, arthemisiam, chamedryn, bryoniæ radicem, laserem, & hyenæ pellis cinerem. Plinius variis in locis quamplurima recenset medicamenta, inter quæ radicem syluestris rosæ, quæ cynorhoda appellatur, quam ait oraculo quodam fuisse repertam, hipposelinum seu olusatrum dictum, laserem inter eximia naturæ opera numeratum cum ruta vel melle, vel per se, hyenæ carnes editas, & iecur etiam capitisque canini cinerem. Insuper adesse sub lingua rabiosi canis limum saliuæ, quod in potu datum ait præcauere hydrophobiam. Multa alia remedia recensentur etiam à recentioribus Medicis, vti vincetoxici radix sesquidrachmæ pōdere ex cardui benedicti decocto per quadraginta dies pota continuos, angelicæ radix in puluerē redacta; pulegium,

capri-

caprificus cortex contusus, acutus rumex oxylapathum dictus, quin & stercoris humani ex rufo homine stillatitiam aquam prodesse asserũt, quod tamen remedium vti nauseo-sum & incertum omitterem.

Medicamenta cõposita.

Inter medicamenta composita, quæ principes partes tueri possunt, ne à veneno rabido lædantur, venenumq; ipsum superare, ac expugnare valent, celebratissimum est antidotum de cancris, apud omnes scriptores tam Græcos, quam Arabes, præsertim ex Dioscoride, & Galeno, quamuis non congruant in antidoti compositione & cancrorum præparatione. Diosc. *in lib. 6. cap. 37.* & Gal. *in lib. 2. de antid. cap. 11.* ex Asclepiade accipiunt cancros fluuiatiles, ac eos in sarmentis vitis albæ exurunt, ac eorum cinerem minutissime tritum reponunt. Idem vero Gal. *lib. 11. simpl.* ex Aeschione suo præceptore assumit cancros fluuiatiles post ortũ canis, quando sol leonem transiit luna decima octaua, ac eos viuos in sarta-

Antidotum de cancris ex Galeno.

gine æris rubri impositos vrere iubet, vsque dum facile ad læuorem redigi possint. Pro parando autem antidoto accipit *cineris cancrorum bina cochlearia, hoc est, drachmas duas, pulueris gentianæ cochlearium vnum, id est, drachmā vnam, vini meraci quaternos cyathos, hoc est vnciam vnam, cum dimidia, vel paulo plus, quæ in modum polentæ dilutioris subacta quadriduo bibenda* exhibet. Si tamē ab illato morsu bini, ternive dies fluxerint, iubet curationem inchoandam esse à triplicato pondere supra id, quod relatum est. Galen. vero *in lib. 2. de antid.* ex Asclepiade accipit *cineris cancrorum partes decem, radicis gētianæ partes tres, therebintinæ partes duas*, cuius antidoti vsq; ad sextum diem singulis quibusque diebus exhibet cochleariū vnum, hoc est, drachmam vnam in vini puri antiqui cyathis tribus, id est, drachmis nouem, plus minusve, ratione ætatis ac virium habita. Et si primo die æger caruerit remedio, secūdo duplum exhibet; si secundo etiam careat, tertio

tri-

triplum, & tribus postea sequentibus diebus tantum assumat, quantũ prima die sumpserit, vinum tamen satis dem semper erit; *in lib.* vero *3. de med. fac. parab. cap. 14.* si omnia non suppetant, exhibet cãcrorum interiorum cineres ex aqua semel, ac bis, quantum manu capi potest, *lib.* autem *11. simpl.* quamuis solo vtantur cinere, vt tamen antidotum pręstantius fiat, admiscet gentianam & thus: Recipit enim *cancrorum partes decem, gentianæ partes quinque, thuris partem vnam*, quorum simul mixtorum quotidie propinat ad mensuram cochlearis satis magni, hoc est, vnius drachmæ boni ponderis, vel quatuor scrupulorum cum aquæ inspersione vsque ad quadragesimum diem, & si non protin⁹ ab initio, verum aliquot post dies à morsu curam cœpisset demorsi, tunc quotidie duo cochlearia præbebat. In omnibus circa hoc antidotum attinentibus, Oribasius, & Aetius secuti sunt Galenum. De virib⁹ autem ac præstantia huius antidoti testatur

 Dio-

Dioſcorides *lib.2.cap.10.&* *lib.6.cap.37.* optimum eſſe auxilium, ac magnopere prodeſſe, & ideo cum fiducia eo vtendum eſſe, eo quod pleriſq; hoc vnum remedium ſatisfecerit. Monet tamen, vt muniantur magis ægrotantes contra ineuitabile periculum, vt & cætera adhibeantur remedia, cum ſatius multo ſit, etiam ſi in vanum recidant, medicamentorum in homines tolerare cruciatus, quã per inertiam, ac deſidiam in vitæ diſcrimen adducere comorſum. Gal. *lib.2 de antid.* teſtatur, hoc medicamẽtum bibentem ſatisſuperque tutum reddi, ne in aquarum formidinem incidat, *lib.* vero *1. de compoſ. med. per genera cap. 16.* explicans emplaſtrum Heræ, ait; *nunquam ſum auſus experiri hoc pharmacum, quam vim in rabidorum morſibus oſtenderet, quod certe ſanans haberem medicamentum ex cancris confectũ. Cum autem hoc non adeſt, alia quoque nonnulla, quæ nunquam nos proſpero ſucceſſu fruſtrantur. In lib.* vero *11. ſimpl. med.* ſcribit, cãcrorum cineris totius ſub-

ſtan-

stantiæ proprietate mirabilem esse effectum in iis, qui à rabiente cane morsi sunt, præstantiorem tamen esse illum, si cum gentiana & thure exhibeatur, ita vt nullum eorum, qui illo vsi fuerint, mortuum viderit. Auicenna quoque asserit, hoc medicamentum pro hoc superando morbo esse peculiare, ac præcipuum; In quo tamen animaduertendum est, cancros fluuiatiles à Grȩcis carcinos dictos, eos esse, quos nos granchios vocamus, & rotundo sunt corpore. Et quamuis idem prȩstare possint marini, vt ait Dioscorides, eos tamen inefficaces esse. Præterea falsum est, cancros esse vulgares nostros gammaros, qui à græcis astaci appellantur. Nec ignorandum est sub cãcrorum genere tres testaceos pisces cõtineri, cancros proprie vocatos, maias, granzeolas vulgo dictas, & paguros ab aliquibus granciporros dictos.

Theriacæ præstantia ad hunc morbum.

Ad expugnandam vim rabidi animalis mortiferam Diosc, *lib. 6. c. 39.* pro-

proponit antidotã magna, theriacã videlicet & mithridatum, & omnia alia, quæ maiorem aromatum partẽ recipiunt; Et Galenus *lib. de Theriaca ad Pisonem cap. 16.* ait, theriacam eſſe præſtantiſſimum auxilium comorſis à cane rabido, & *lib. de ther. ad Pamph.* eſſe remedium efficaciſſimũ; de qua Andromach⁹ *in prima parte poematum* ita ſcripſit:

Hacque canum rabiem fato impendente fugabis,
Cum trepidat moriens, & ſitit æger aquas.

Auicenna quoque *6. 4. tr. 4. cap. 9.* Iſaac *4. pract. cap. 37.* Halyabbas *cap. 31.* theriacam laudant, vti proprium huius affectus antidotum; Idem Galen. *in lib. 2. de antidot. cap. 11.* multa recenſet antiquorum antidota nõ contemnẽda, quæ theriacæ, & aliis magnis antidotis ſunt ſimilia, & compoſita ex illis ſimplicibus medicamentis, quæ huic affectui prodeſſe exiſtimantur, vt illa Cratippi, Heræ, Zenonis, & Claudij, & *in cap. 14.* illud Galli, affert, & *in cap. 17.* Zopyria ab Aſclepiade deſcripta, & alia huic adiecta, quæ vnuſ-

nusquisque legere poterit. Aetius proponit antidotū quoddam ex nucibus, quod etiam febricitantibus conuenire asserit: nam præterquam quod affectioni resistit, somnum etiam conciliat. Vel huius vice confectionem Cyphi: vel eam, quæ ex triginta sex, vel ex viginti octo rebus conficitur; Rhasis *lib. 35. cont. tr. 2. cap. 2.* & Auicenna *citato loco* testantur Theriacam Diatesseron maxime rabidis opitulari. Et quamuis Conciliator *in diff. 179.* aliter sentiat, ipsam videlicet nō esse vtilem potissimum in temperamentis calidis, eo, quod sit exiguæ efficacitatis: alij tamen innitentes auctoritatibus horum præstantissimorum virorum existimant ipsam conferre, quamuis calida sit, cum calida medicamenta habeant vim dissipandi, & abolendi venena, & magis ea, quæ sedem retinent in humoribus crassis & frigidis, vt venenum rabidum habet, & hæc theriaca cōficiatur ex *gentiana, baccis lauri, aristolochia, & myrrha,* quæ simplicia sua

Theriaca diatesseron vtilitas.

Compositio.

ſua facultate arcana, & manifeſta reſiſtunt venenis; cum intus ſumpta, tum exterius appoſita.

Scribonius Largus *lib. de comp. med. cap. 171. & 173.* proponit quoddam antidotũ Apulei Celſi, qui illud quotannis componebat, & mittebat centurpias, & ipſum exhibitum per triginta dies ita conferre teſtatur, vt comorſi nunquam timore aquæ tentẽtur, & in ipſa correptione datum ꝓficere, vt poſtea ſine timore aquam ſumant, *in cap.* etiam *176.* habet aliud cuiuſdam Caſſij, quod bis in die eſt porrigendum, & *in cap. 177.* antidotũ Marciani Medici, cui quia nihil deeſt, teleia appellatur, hoc eſt, perfectum antidotum; Auctor de med. exper. proponit electuarium quoddam expertum *pag. 107.* in catalogo librorum, qui Galeno aſcripti ſunt; Pariter auctor lib. ſecretorum ſimile deſcribit medicamentum *pag. 97. a. 6.*

Antidotum Teleia.

Et hęc ſunt medicamẽta, quæ magis ab auctorib⁹ commendari in hac ſæuiſſima affectione nos reperire potui-

uimus, quorum ea ab optimis Me-
licis vſurpanda ſunt, quæ longa ac
erta experientia comprobata ſunt,
t ex ſimplicibus, gentiana, & ſide-
itis heraclea, ex compoſitis, theria-
a, confectio ex cancris, & mithrida-
ium, cum graue & iniquum ſit teſte
Gal. *lib. 1. de comp. med. per genera* in tam
ericuloſo affectu certis medicami-
ibus relictis, curioſæ experientiæ
auſa, morſi vitam prodere.

*trum ſanguinis miſſio cõueniat in comor-
ſis à rabido animali.*

CAP. VI.

RÆTER relata chirurgica auxi-
lia alia topica, & antidota propo-
ta pro veneni rabidi extinctione, &
uacuatione, vtrum ſit etiam neceſ-
rium ſanguinem mittere, ſeria ac
ifficilis admodum exoritur contro-
erſia, cum ex illius bona vel mala
lutione, ſalus vel interitus comorſi
quatur.

Autoritates, quod ſit proficua

Sanguinis miſſionem eſſe profi-
cuam,

& non o-mittenda. cuam, nec dimittẽdam, videtur ma-nifeſtum auctoritatibus ac ratione: 1. nam Paulus *lib. 2. cap. 2.* docens curare ictus, ac morſus omnes venenatos ait; *ſi autem venenum prius per corpus di-ſtribui contigerit, ſtatim venæ ſectione v-tendum eſt, & maxime ſi affectus humori-bus repletus ſit.* 2. Celſus *lib. 5. cap. 27.* in curatione morſus rabioſi canis ſcri-bit, vulnus adurendum eſſe, & ſi vri non poſſit, ſanguinem mittendum eſſe. 3. Rhaſes *in lib. 20. cont. tract. 2. cap. 2.* aſſerit, ante attractionem veneni ad interiora æger non phlobotometur; ſed poſtquam tractum fuerit venenũ duobus vel tribus diebus ſecare ve-nam poteris. 4. Auicenna quoque *loco* ſæpius *citato, ſi videris* (inquit) *repletio-nem ſanguineam, phlobotoma, & ſi non, tunc non*; *Rationes.* Idem ratio ſuadere videtur, nam cum vulnus rabidi animalis nõ differat à vulnere non rabidi, ſi vul-nus ſit inſigne, ac intus penetrans, vel cum neruorum læſione, vel dolore, vel febre, vel inflammatione, vel ſan-guinis fluxu, vel ſpaſmo, vel aliquis

ex

ex iis immineat, vt ægrotans ab his immunis reddatur, vel præseruetur malis, necesse est, ex communi omnium doctorum sententia, vt sanguis ratione reuulsionis statim exhauriatur, in his etenim casibus, nullum inuenire est remedium magis aptum, & opportunum.

Rationes in contrarium.

Ex aduerso tamen sanguinis missionem non solum non conducere, verum etiam magnopere obesse posse, ratione & auctoritatibus, manifestum apparet; nam sanguinis missio inanitis venis venenum intimius penetrare facit, illud exagitat, vim, ac pernitiem illius euincere, vel refrangere minime potest, & quod est deterius, vires deiicit, quæ in tam diuturno, ac laborioso affectu valde necessariæ sunt. Insuper cum venenum rabidum analogiam habeat ad humores crassos ac frigidos, pituitam videlicet, ac melācholiam, cum sanguinis missio refrigeret totum corporis habitum, ipso detracto humores frigidi maius suscipient incremē-

1.

2.

tum, ex quo non ſolum pabulum ve-
neno non auferetur, verum etiam
magis augebitur. Addamus, quod o-
mnes ſcriptores docent, qui ſangui-
nis eductionem proponunt, ipſum
non eſſe exhauriendum, niſi tranſa-
cto principio, vbi venenum iam per
totum corpus diſtributum fuerit, ſed
cum principium huius rei ſit valde
ambiguum, latens, ac diuturnum ob
veneni ſegnitiem, ac tarditatem, q
vt plurimum multo eget tẽpore ad
ſuam proferẽdam pernitiem, ac ma-
litiam, aliquis poterit venam ſecare,
exiſtimans tranſactum eſſe principi-
um, cum virus adhuc in extimis par-
tibus latebit, & ipſum ad penitiores
corporis partes attrahet. Ideo cum
nulla vtilitas à ſanguine miſſo appa-
reat, & multa immineant diſcrimi-
na, vti remedium periculoſum, &
valde dubium, omnino reiiciendum
eſſe, ſuadendum erit. Præterea ſi ne-
ceſſaria eſſet pro expugnando hoc
malo veneno ſanguinis miſſio, ne-
quaquam Dioſcorides, qui tam ac-
cura-

Auctoritates.

curate, & exquisite rabidi veneni
curationem scriptis tradidit; nihil
plane omittens, quod curationi con-
ducat, eam tacuisset. Nec diligentis-
simus Galenus, & cum eo, Oribasius.
Aetius, Paulus *in capite proprio*; & A-
ctuarius tam nobile, & efficax reme-
dium in hoc morbo si conduceret;
silentio inuoluissent, vt interim o-
mittam recensere auctoritatem re-
centiorum, fama, ac re magis cele-
brium, Fracastorij, Fernelij, Capi-
vaccij, & aliorum nonnullorum, qui
hoc remedium non admittunt, vel
illud tanquam ambiguum, & inu-
tilè reticent. Quod si Paulus in a-
liis venenis commendat sanguinis
missionem, in hoc spernit quodam-
modo, cum eam prætereat; in illis
laudat, cum principia illorum sint
manifesta, in hoc reticet, cum obscu-
rum, & incertum sit eius initium: cũ
C. Celsus proponit sanguinem de-
trahendum ex parte comorsa, & non
ex sana hauriendum esse præcipit, v-
bi enim docuit virus cucurbitula, ac

inustione esse educendum; subdit, *si non potest locus comorsus vri, sanguinem mitti non est alienum, & superponenda sunt vulneri ea medicamenta, quæ valde exedunt.* Nec Rhasis & Auicennæ auctoritas quidquam facit, cum antiquorum auctoritas, & rationes oppositũ suadeant, sicut & ratio adducta opinionem hanc minime labefactare potest. Nam etsi in vulnere non veneneato ratione magnitudinis vulneris, vel symptomatum comitantium, seu imminentium cõueniat sanguinis missio, secus in vulnere veneneato rabidi animalis est faciendum, in quo maius impẽdet discrimen ex veneno intus attracto, quàm ex vulneris magnitudine, ac symptomatibus, præsertim cum aliis remediis illis succurrere aliqua ratione possimus. Quod si febris putrida aliqua insignis, vel aliquis acutus morbus ex vitioso apparatu, vel ex aliqua extrinseca causa, ante quadragesimũ diem comorso superueniat, qui ex sui natura necessario sanguinis detractionem

Quid circa sanguinis missionem præsente febri sit faciendum.

nem

em exposcat si sanguis mittatur, ad
enitiores partes venenum attrahi
oterit, & hinc sequi rabiem, si san-
uis non detrahatur, manifestũ im-
inet discrimen ex febre, vel mor-
o acuto ipsi ægrotanti.

Nos igitur in hoc ancipiti casu, vt
trique consulatur, suaderemus, vt
anguis mittatur, non tamen vena
ecta, sed appositis cucurbitulis par-
bus inferioribus, quibus maior, vel
ninor, sanguinis copia demi poterit
rò maiori, vel minori sanguinis co-
ia, & habita virium ratione, & sic
lenitudo auferri, ac venenũ à parti-
us superioribus reuelli, & ad exte-
iora trahi poterit.

An Purgantia medicamenta, quando, & uæ conueniant.

CAP. VII.

CVM rabidi canis morsus, vt te-
statur Gal. *lib. 1. de comp. med. per
enera*, sit perniciosissimus, & rabies
b eo excitata morborum pessimus

in lib. de Theriaca ad Pisonem, excogitarunt antiquiores, ac recẽtiores Medici omnia instrumentorum genera, quibus venenum rabiei causa extingui, & euacuari possit, inter quæ recensent euacuationem purgãte medicamento factam; De qua tamen etiam controuertitur à nonnullis, vtrum conueniat.

Auctoritas quod non cõueniant. Et qui negatiuam partem tuentur, afferunt auctoritatem, & rationes, afferunt enim primo loco Galenum nullibi de medicamento purgante verba facere, quod cum sit nobile ac præcipuum auxilium, si in casu isto conueniret, nullibi illud ipse silentio inuoluisset.

Rationes. Ratio autem eorum potissima hæc est, cum morbi essentia sita sit in venenosa materia, vel quibusdam qualitatibus, hæc minime purgantibus pharmacis, sed alexipharmacis, & alterantibus curantur; præterea cum in morbis venenosis cor præcipue lædatur, ac vires labefactẽtur,

ur, cum medicamenta purgātia ca-
pris natiui ſint inimica, & viribus of-
ciant, ac eas frangant, huic affectui
on ſunt congrua.

Ex aduerſo tamen medicamenta *Ratio in oppoſitum.*
ſſe pro hoc debellando affectu ne-
eſſaria, potiſſimum ratione patet.
Iam cum huiuſmodi venenum ana-
ogiam habeat ad humores frigidos,
t craſſos, qui etſi non reperiantur in
orpore à principio, ex natura tamē
uius veneni, pedetentim, ac paula-
m generantur, cum venenum per
enas iam ſit fuſum, & in his humo-
bus figatur, ſi debet educi, illius pa-
ulum euacuetur, neceſſe eſt Cui ra-
oni accēdit auctoritas Dioſcoridis *Autoritas.*
t aliorum Græcorum, & Arabum,
ui cathartica medicamenta propo-
unt, quæ magnum præbere iuua-
entum omnes vna aſſerunt. Et ſi
alenus de medicamento purgante
hil ſcripſit, non eſt mirum, cū rem
i notiſſimam omiſerit, alibi enim
ocet, vbi humores præter naturam
corpore redundant, illos eſſe eua-

 cuan-

cuandos; ideo Galenus locutus est tantũ de illis auxiliis, quæ huic morbo sunt propria, ac peculiaria, & potissimũ ab initio morbi conueniũt. Admittim⁹ præterea, catharticamedicamenta venenum expugnare nõ posse sed propria alexiteria, sed euacuare illos humores in quibus residet venenum, ita vt ad humorum euacuationem, venenũ etiam ipsum extrahatur. Nec vires in hoc affectu veneno so deiiciuntur, sicut in plerisque, cum venenum sit natura segne: & immergatur in crassis, ac frigidis humoribus, qui vim suam deleteriam obtundunt, ac retardant, propterea tutò medicamenta exoluentia cum ratione exhibita conueniunt, nec periculum est de virium iactura, quæ vsque ad præsentem rabiem constantes sunt.

Medicamẽta purgantia quando sint administranda.

Quando autẽ administranda sint medicamenta purgantia, videtur incertum propter apertum Auctorum dissidium. Nam Rhases *in tract. 8. ad Almans.* ait, euacuandum esse à principio

cipio cũ pilulis, ac medicinis in melancholia descriptis. Omnes tamen & Græci, & Arabes post principium adhibendam esse purgationem, literis prodiderunt. Dioscorides enim, postquam *in lib. 6. in cap. 37.* & *38* proposuit antidota, & auxilia Chirurgica ad vim veneni euocandam, ac dispergendam, & *in cap. 39.* victus rationem congruam descripsit, addit, *in-tra principia eorum, qui à cane rabido sunt commorsi, curandi ratio talis est, alter vero modus accedat. Deiectio magnum præbet iuuamentum, vt pote cum mouendo, corporis habitum transmutet, & quæ colocynthidem recipit hiera, item lac schistum, quod simul deiectionem moueat, & venenum domare poßit.* Paulus & Actuarius penitus Dioscoridem sunt hac in re secuti. Aetius magis aperte scripsit, vlceribus ad cicatricem perductis, veratrum album esse propinãdum ad totius affectionis destructionem. Rhases alter *in Cont. ante attractionem*, inquit, *veneni non detur laxatiuum, quoniam trahit materiam venenosam ad inte-*

 rius

rius corporis; sed postquam traxeris venenum duobus vel tribus diebus laxare, & mundificare poteris. Auicenna quoque ait; *& non oportet, vt properes in diebus primis ad euacuantia, sed occupare in trahendo id, quod forsitan penetrauit, & si non facta fuerit attractio, tunc euacuatio in ea hora erit magis necessaria, & melior est, vt sit fortior.*

Conciliator pro dirimenda hac controuersia, respondet, principium habere quandam latitudinem, principium, medium, ac finem, & ideo cum Rhases ait, à principio esse euacuandum, non intelligere de primo principio, vel, vt aiunt auctores, de principio principiante, sed de medio, vel fine principij, & ita ab aliis ipsum non dissentire. Quicquid sit de Rhasi, omnes alij supra citati, & cum illis recentiores optimi congruunt, nequaquam à principio illati per morsum veneni, tentandam esse per pharmacum euacuationem. Per principium autem illud totum tem-

tempus attendendum eſt, in quo virus in partibus extimis reſidet, quod, vt ſæpe diximus, cum ſit valde ambiguum, & obſcurum, ac ſæpius diuturnum, per multos dies incumbendum eſt, ad venenum eliciendum cum chirurgicis, ac topicis auxiliis, quibus rite adhibitis, cum dubitari ſemper oporteat, aliquã veneni portionem ad internas partes penetraſſe, tunc cogitandum eſt de purgatione. Nam cum venenum intus ſuſceptum humores ſibi analogos inficiat, & corrũpat, vel in ipſis ſe immiſcendo, in eos agat, tunc operæpretium eſt, infectos, ac corruptos humores educere, vt ſimul & venenum euacuetur, & alij humores ab infectione ſeruentur, illud enim, quod à corrupto tangitur, vt ipſum corrumpatur, neceſſe eſt, teſte Philoſopho, & quoniam humores per partẽ poſt partem inficiuntur, fit, vt vna pars ſit labe affecta, altera vero parata ad eandem ſuſcipiendam labem; ideo prius corrupti, & infecti ſunt eua-

uacuandi, deinde apti ad concipiendam corruptionem peculiariter præseruari debet per ea, quæ antipathia quadam huic veneno aduersantur, de quib⁹ supra satis fuse à nobis scriptum est.

Medicamenta præparantia.

Cum autem humores labefactati sint crassi admodum, ac vasis adhærentes, antequam eos euacuare tentemus, debent præparari, cũ iis medicamentis, quæ nõ solum humores calefacere, incidere, & abstergere, verum & huic veneno resistere valent, vt sunt syrupi de scordio, de corticibus citri, de betonica, de pomis, de succo buglossę, de epithymo, oxymel simplex, vel compositum, mel rosaceum; decoctiones paratæ cum seminibus citri, radicibus gentianæ, angelicæ, dictami albi, cum scordio, siderite prima, vincetoxico, buglosso, melissa, hypolapathi, & aliis superius enumeratis. Nec imitari debemus illos Medicos, qui nulla expectata humorum peccantium concoctione, eos euacuare audẽt, aperta enim

enim est satis illa Hippocratis senté-tia, quod *concocta tantum medicari oporteat, neq; in principiis morborum unquam pharmaco, nisi materia turgeat*, vti debere, quæ sententia potissimum in hoc affectu locum habere debet, in quo humores crassi admodum, & frigidi prædominantur, qui nisi præparentur, cum maximo labore, ac perturbatione ægrotantium trahenti medicamento obedient, sed antequam disponantur, debent prius fæces, & excrementa in primis venis, ac viis latis existentia euacuari, vel lenienti medicamento, vel cũ clystere, quem magis probo.

In quibus in principio purgandũ.

Facta vẽtris lenitione, humorum ac corporis præparatione, noxij humores erunt deturbandi, & hæc curandi ratio seruanda est, vbi venenũ per morsum est inflictum; quod si labris, vel lingua in corpus sit attractũ, cum nullus sit locus scarificationib9, cucurbitulis, vstioni ac cæteris similibus, & paucis diebus rabies excitetur, tunc Rhasis præceptum locum habet,

habet, vt quamprimũ humores purgentur, & alia peragantur, quæ apparentibus instantis rabiei signis sunt facienda.

Circa hanc purgationem liceat nobis commonefacere iuniores Medicos, cum à nemine id fuerit animaduersum, quod cum per morsum virus immittitur, & nõ liceat à principio purgare, sed opus sit cum alexipharmacis, ac antidotis rem agere, & cum reliquis iam scriptis antidota non esse exhibenda, cum inferioris ventris partes excrementis ac fœcibus repletæ fuerint; nã præter quam quod tanquam in cœno proiecta, vis eorum infringeretur, ac obtunderetur ab excremẽtis, ac impedirẽtur, si leuioris essent actionis, ac quo min⁹ intimius penetrare possent, periculum etiam immineret, ne ipsa sua caliditate insigni, vt plurimum funderent, ac agitarent excrementa illa, ac simul intra venas traherent, & ita malum malo adderetur. Quapropter tutius erit, antequam alexipharmaca

diaca propinentur, ventrem lenire cū leniente pharmaco, quale est cassia, mel rosaceum solutiuum, vel aliud simile. Si vna cum fœcibus adsint etiam cruditates in superioribus ductibus, quæ exhiberi debent in pauca, vel mediocri quantitate, cum in plurima copia propinata ex lenientibus, purgantia fiant, vel res potius peragatur cum leniente clystere, si fœces tantum sunt excludendæ, ideo Rhases *in continenti*, & Auicenna præcipiunt lenes clysteres quotidie esse iniiciendos, Rhases enim ait, *clysteria quotidie*. Et concordant auctores, quod clysteres sint lenes. Auicenna *post solutionem*, inquit, *cum cathartico, est necessarium, vt administres iterum omni die, aut in duobus diebus clysterem non acutum, vt ex oleo & aqua sicla.*

Et vt ad purgationē tempore opportuno faciendam redeamus, non est ignorandum, illam omnes instituere cum pharmacis validioribus, eo, quod humores peccantes ratio-

ne

ne suæ substantiæ, ac qualitatis nom
possunt, nisi cũ vehementibus pharm-
macis educi, quapropter Dioscoridi
vna cum Oribasio, Paulo, Aetio, &
Actuario proponit elleborismum v-
ti omnium aliorum efficacissimum,
& experimẽto comprobatum, si fre-
quenter assumatur, quem etiam nõ
nulli in arte nostra prestantes viri ra-
tione, & propriis experimentis com-
mendant. Paulus, Oribasius, & A-
ctuarius proponunt etiam hierã dia
colocynthidos; Aetius hieram Ruf-
fi, posteriores Medici addũt hieram
Archigenis, hieram Logodionis, &
nos hieram Pachij, quæ est præstan-
tissima. Laudant & pilulas ex ellebo-
ro, elaterium, antimonium, pilulas
de lapide Lazuli, Cochias, de nitro
ac fœtidas.

Simplicia vehementer purgantia.

Quod si tamen ratione ætatis, vel
temperamenti, vel virium, vel aeris
non expediat vti vehemẽtibus hisce
pharmacis, eligãtur mitiora, ac me-
diocria, vt est sena, epithymus, poly-
podium, elleborus niger, myroba-
lam

...ani nigri, & agaricus præcipue, qui ...raéque vim purgandi habet etiā por... ...nobezoarticas, & alexiterras, ...quibus venenis resistit, vt ex Aucto... ...bonicæ & Galeno est manife... ...omnium aliorum efficacissimum.

Præstantia agarici in morbis venenosis.

...Ex compositis vero in vsum veni... ...electuarium de dactylis, cōfectio ...amech, electuarium Indum maius, ...Benedicta laxatiua.

Composita.

...Et cum ante præparationem hu... ...sit opus lenire aluum, elige... ...possumus quædam lenientia ali... ...purgantia, quæ tn̄ in princi... ...non conueniunt, vt sunt syrup. ...de polypodio solutiuus, electuarium ...Diasenna, Diacatholi..., quæ etiamsi in multa quantita... ...vel in parua, & frequenter exhi...beantur, vicem eximie purgantium ...supplere poterunt. Et quoniam elle...borus albus, vt testatur Paulus, exhi...beri debet laborantibus præcipue a...quo forti morbo, eo quod omnib⁹ ...osis morbis sit fortior, & tanquam ...ortissimus Dux teste Herophilo ve-

Elleborum album maxime conuenire.

N he-

hementer agitet, & expellat, cum rabies ſit morbus validus, cõtumax, ac lethalis, & experimẽtis quamplurimis antiquorum, & recentiorum Medicorum probatum ſit, elleborũ album eam expugnare, & omnem vim illius diſſipare, ac infringere, ideo remoto Arabum aliquorum metu, erit propinandum, adhibita tamẽ conuenienti quantitate, & præparatione, in qua etiam nec nimis timidi eſſe debemus, vt minus, quam conueniat, exhibeam⁹, cum auctore Plinio, ſi largius ſumatur, celerius etiam erumpat; in pauca vero quantitate exhibitus diutius illius moleſtia duret, de cuius præparatione, quantitate, & modo exhibendi *in proprio commentario* verba faciam, quoniam ſi recte præparatus propinetur, omni ſuffocationis periculo caret, aliorumq; ſymptomatum, quæ ipſum excitare auctores tradunt. Purgatio autem elleboro, aliove medicamento facienda, ſi per morſum venenum iniectũ eſt, vt ſupra diximus, diutius eſt protelan-

elanda, cum principij tempus ſit in-
ertum, ac latum, ne in ipſo venenũ
atens in extremis, & lõginquis par-
ibus intimius, & prope viſcera ra-
iatur à medicamẽto. Qua in re plu-
imum conducet Medici prudentia,
c diligentia; Cum autem purgatio-
e opus eſſe cognoſcimus, non ſe-
el, ac iterum, ſed frequentius ante
uadrageſimũ diem, vel etiam poſt
oc tempus ipſa vti expedit.

De ſudorificis internis, & externis, ac de balneo præſertim, item de Diureticis.

CAP. VIII.

NEc ſolum pharmacis alexite-
riis, exoluentibus, & aliis rela-
is pugnare debemus aduerſus vene-
um rabidum, ſed etiam quibuſdam
liis machinis medicis vti, operæpre-
ium eſt, vt tam crudelem humano
eneri hoſtem expugnem⁹, ſunt au-
em inſtrumenta hæc, medicamenta
udorifica, frictiones aſperæ, ſinapiſ-
ni, dropaces, exulcerãtia, & alia hu-

iusmodi, quæ venenum dissipare, ac
ab internis euocare valent.

De sudorificis Dioscorides *in cap.*
39. lib. 6. ait, sudores ante cibos, & post
etiam ciendos esse, vel vt scribit A-
ctuarius, sudor, qui cibum antece-
dat, & sequatur, prouocandus est.
Paulus etiam idem in genere suadet:
& Auicennas peculiariter scribit, es-
se necessarium, sudorem prouocare
in principio augmenti, quamuis et-
iam in toto augmenti tempore su-
dor conueniat cum deambulationi-
bus, balneis, & omnibus aliis modis
sudorem prouocantibus. Idcirco vt
tuto, ac cum vtilitate sudor cieri pos-
sit, reiicienda sunt aqua hordei, a-
qua simplex, puluis violarum, & o-
mnia alia, quę refrigerare possunt, &
vsurpanda sunt ea, quæ non solum
calefacere, & humores à centro ad
circumferentiam elicere, verum &
venenis, & præsertim rabido aduer-
sari valeant. Inter ea autem, quæ va-
lide ab internis trahere possunt, effi-
cacissimum est viscus quercinum,

nam

iam teste Gal. *lib. 6. simpl.* ipsum ra-
ione suæ calidæ, aereæ & acris sub-
tantiæ valenter ex alto humores ex-
rahit, non tantum tenues, sed &
rassiores, eosque diffundit, ac dige-
it; recipi autem debet pro decoctio-
ibus parandis, & illius substantia
abenda, lignum, & pro externis
nedicamentis viscus, quod ob suam
ngentem caliditatẽ in medicamen-
is internis admitti non debet. Ex il-
is vero, quæ simul sudorifica, & ale-
iteria sunt, probatur, dictamus cre-
ensis, seu albus vulgaris, carduus be-
edictus, scordium, tabacus, & an-
gelicæ radix; quæ vna cum ligno
quercino, vel seiunctim variis ratio-
ibus vsurpari possunt, vt exempli
gratia;

Potio sudorifica.

R. Ligni quercini,
Dictami, An ℥. ij. vel iij.
Aquæ hordei seu chamemæli lib. ij.
bulliant ex arte ad consumptionem medie-
tatis: cuius decocti per colum trans-
fusi exhibeantur vnciæ octo, vel de-
tem, vel loco dictami substituere

 pos-

possumus alterum ex relatis simplicibus; aut,

Alia.

R. Ligni quercini, ʒ.iiij.
Aquæ cardui benedicti, vel scordij, lib. ij.

fiat decoctio, & exhibeatur vt supra, vel

Puluis sudorificus.

R. Dictami albi, ℥.ſ.
Ligni quercini, ℥. ij.
Seminis & floris cardui benedicti, an ʒ. i.ſ.
fiat omnium puluis, cuius
R. à ʒ.i. vsque, ad ʒ.ij.
Vini albi vinosi, ℥. i. ſ.
Aquæ cardui sancti, ℥. ij. vel iij.

quibus mixtis simul exhibeatur.

Sudorifica externa.

Nec solum cum medicamẽtis internis sudorem ciere possumus, verũ etiam cũ externis, vt sunt inunctiones, suffitus, laconicum, feruentes lapides, instrumentũ illud ligneum cum carbonibus ignitis, vesicæ, aut vascula ænea, vel testacea calido aliquo liquore repleta. Inter externa remedia omnes fere auctores proponunt vsum balnei aquæ dulcis, aliqui ad ciendum sudorem, nõnulli ad

Balneum aquæ dulcis probatur à C. Celso.

ad debellandum venenum, quod ratione proprietatis occultæ efficere existimant, freti auctoritate C. Celsi, & Auicennæ. Celsus enim ait, *quidam post rabiosi canis morsum protinus in balneum mittunt, ibique patiuntur desudare, dum vires corporis sinunt, vlcere adaperto, quo magis virus ex eo quoque destillet, deinde multo meracoque vino excipiunt, quod omnibus venenis contrarium est, idq; cum ita per triduum factum est, tutus homo à periculo videtur.* Auic. 6. 4. *tr.* 4. *cap.* 9. *& necessarium est,* inquit, *in principio facere, vt ipse sudet ex eis, quibus possibile est ex ambulatione, & balneatione.* Quod tamen remedium nõ esse tutum auctoritatibus patet. Nam Oribasius scribit, referente Andrea Baccio *libello de Venenis, & Antid.* balnea ante vigesimum, & alij ante quadragesimum, noxia esse. Auicenna cum de vstione ac medicamentis rubrificantibus, locutus est, ait, *non intromittas eum in huiusmodi hora in balneum omnino: nam si balneaueris eũ, interficies ipsum.* Quam sentẽtiam prius habuit Rhases

Videtur item ab Auicenna probari.

Ab autore reiicitur.

ses *35. cont. tr. 2. cap. 2.* Auctor libri de virt. centau. asserit, omnem aquam vsque ad annum vitandam esse.

An conueniat balneum aquæ marinæ.

Loco balnei aquæ dulcis inualuit vsus vulgaris & antiquus apud quosdam populos, & præsertim Gallos, & illos, qui loca maritima inhabitant, vt quamprimum commorsos ad demergendos in maris aquam mittant, & hoc adhibito remedio, oẽs reddi immunes à malo; aliqui dicũt. Quapropter quid sit in re tam ardua, & multi ponderis sentiendum, diu dubius fui, & diu cogitando tandem in hanc veni sententiam, adhibita temporum affectionis distinctione, rem definiendam esse: nam in principio affectionis non solum balnea, sed etiam alia sudorifica sunt vitãda, si per morsum, venenum sit contractum, secus autem si per labra & os: cum in principio affectionis per morsum adesse venenum in partib⁹ extimis pateat, & balnea, ac sudorifica alia vim habeant laxandi corpora, & aperiendi cutis meatus, ita vt veneno præ-

In principio nec balnea nec alia sudorifica conuenire.

beatur

beatur aditus facilis ad intima pene-
trandi, ideo nisi cum maximo ægro-
tantium discrimine, vsque ad qua-
dragesimum ad minus vel sexagesi-
mum diem, ac vlterius, adhiberi pos-
sint: præter quam quod balnea tot
exposcũt conditiones, cum ex parte
morbi, & ægrotantis, tum ex parte
balnei, & ministrorum, vt difficilli-
mum sit, omnes simul conuenire, vt
balnei vsus sit tutus, ac vtilis, vt fuse
in lib. 4. de morb. venef. cap. 5. probaui-
mus. Transacto principio, vbi vene-
nũ ad intima penetrauit, vel in prin-
cipio, vbi per os venenum intus est
acceptum, tunc balneum recte, ac v-
tiliter administrari poterit, si tamen
ea executioni mandentur, quæ exe-
quenda esse *eo in loco* scripsimus, & prę-
sertim, si vniuersalis præcesserit cor-
poris purgatio. Hanc eandem sen-
tẽtiam habuit peritissimus Capiuac-
ci9 *in lib. 7 pract. cap. 12.* vbi ait, *progres-
su temporis, cum venenum per corpus di-
spersum est, probatur balneum aquæ dulcis,
vt aperiantur pori, & venenum euacuetur.*

Quando conueniant.

Non eo tamen inficias, balneum, & sudorifica à principio parti tantum commorsę admoueri posse, vt venenum dissipetur. Aqua vero maris cũ sit sicca, vnctuosa & crassæ substantiæ, quarũ qualitatum ratione meatus cutis stipat, ac condensat, iuuare potest, cum non permittat venenum ad intima penetrare. Quod si nobis plurimis, ac legitimis experimentis probatum esset, cum huius rei nulla ex classicis scriptoribus adsit auctoritas, solam in mari immersionem absque auxiliis chirurgicis & antidotis, commorsos, à rabie præseruari, vtiq; in Andreæ Baccij sententiam irem, id referri posse ad occultam ꝓprietatem, quæ tamen proprietas à nemine antiquorũ, vel recentiorum re ac fama celebrium fuit cognita: & illi, qui immerguntur cum peculiaribus ac legitimis auxiliis, se muniant, quo fit, vt nos existimare debeamus, hãc in mare demersionem cum aliis præsidiis iuuare, nequaquam solam curare posse. In qua sententia

Aquæ marinæ vtilitas.

nos

nos magis firmat historia relata à Petro Foresto *in lib. 10. obser. 28.* qui scribit de quodam adolescente, qui Delfis post sextum mensem ex morsu canis rabidi in hydrophobiam incidit, quamuis prius à principio demersus fuisset in mare, quoniam, vt existimo, vera & legitima auxilia spreuit. Quod si C. Celsus, (vt ad balnei vsum redeamus,) asserit, protinus post rabiosi canis morsum in balneum cõmorsos mittẽdos esse, id ex aliorum, & non ex propria sententia scripsit, nam ait, *quidam*, & in fine, *& tutus homo à periculo videtur*, & recte equidem *videtur* tutus, sed re vera nõ est tutus, & si Auicennas cõmendat sudorem, balneum damnat.

Diureticorum vsus & vtilitas.

Præter sudorifica præsidia, idonea etiam sunt ea, quæ vrinam mouent, & diuretica dicuntur, vt memoriæ prodidit Oribasius *lib. 8. synopseos cap. 13.* & potissimum si cum alexipharmacis, & propriis huius veneni antidotis propinentur, vel adhibeantur ea, quæ vtraque facultate pollent, inter

ter quæ laudantur ſpica celtica, valeriana, aſarum, ſcordium, & alia pleraque relata in victus norma; quæ diuretica etiam conueniunt eodem tempore, quo ſudorifica admoueri poſſunt.

De imminentis rabiei curatione, & per totum annum, vel etiam plures præſeruatione.

CAP. IX.

QVOD ſi immineat rabies ipſa, quamprimũ validiora adhibenda erũt remedia, ſinapiſmi videlicet, veſicãtia, ſeu exulcerantia: quoniam, vt Galenus *lib. 5. ſimpl. med. cap. 18.* *omne deleterium venenum à foris impoſitis medicamentis euacuatur, aut caliditate, aut totius ſubſtantiæ attractionem agentibus.*

Sinapiſmi. Sinapiſmi communiter parantur ex caricis per diem in aqua tepida maceratis, & poſtridie eius diei vehementer expreſſis, contuſiſque & ex acri ſinapi contuſo, in qua confuſione paulatim affunditur aqua, in qua

qua caricæ maduerint. Sinapiſmus ſatis efficax conficitur, ſi duabus ſinapi partibus vna tantum caricarum admiſceatur: mediocris vero ex paribus vtriuſque portionibus, nec ſinapi in aceto eſt macerandum, vt omnes fere faciunt, quoniam ex aceto vis ſinapis imminuitur, ſed in lixiuio dulci, qui ſinapiſmus varias recipere formas poteſt, emplaſtri, linimenti, & cerati, pro rerum varietate, quæ illi adiiciuntur, vt ſunt mel, adeps, oleum, pix, reſinæ, ac gummi.

Veſicantia. Veſicantia poſſunt parari ex validiſſimis ſimplicibus, vt ſunt arſenicum, auripigmentum, euphorbium, & calcanthum. Vel ex mitioribus; qualia ſunt ſinapi, piper, ſcordeon, ſandaracha, radix helenij, clematis altera, thlapſi, pyrethrum, naſturtium, helenium, lepidium, ſcylla, allium, ammi, elaterium, ranunculus, flammula jouis, acetum acerrimum, acetum ſcylliticum, ſapo, fermentum, elleborus albus, lac titymali, fimus columborũ ſylueſtrium, & ca-

pra-

prarum, tartarum, & cãtharides, quę exulcerantia etiam varias formas recipere valent, pro vt ex variis propositis materiebus constant. Recipiuntur tamen potissimum illa exulcerãtia, quæ cantharides recipiunt, quæ in hoc, sicut etiam in omni alio venenoso affectu, multum celebrãtur, & prodesse possunt. Et quoniam actio veneni est vehemens, adhibeantur etiam maiora, ac plura vesicantia, vt esset hoc:

R. Cantharidum abiectis pedibus & alis ℥. vj.
Sinapis,
Ellebori albi, an ℥. ij.
Seminum ameos, ℥ j.
Fermenti, ℥. iiij.
Aceti scyllitici. q. s.
misce & fiat pasta siue massa:

cuius portiones conuenientes brachiis, fœmoribus, & tibiis apponi poterunt, & diutius detineri, vt non solum cuticula, verum etiam cutis absumatur. Et vt diutius vlcera excitata cõseruentur, cum cicatricem obduce-

Vt vlcera diutius maneant aperta.

lucere volunt, apponatur ceratum
dictamni, seu sacrum dictum, diachy-
on simplex, vel compositum, vel ea-
dem pasta, quæ conseruari debet a-
ceto scillitico reformata, iterũ pau-
lisper applicari potest, vel aliud re-
medium ex his, quæ proposita fuerũt
pro conseruandis vlceribus anima-
lis rabiosi.

Præter hæc extrinseca remedia, propinentur antidota in dupla quã-
titate, quam in præseruatione con-
uenire diximus, singulis videlicet die-
bus, vt matutina hora theriacæ, seu
mithridatij ℥ ij. in vino potenti di-
lutæ: vesperi vero ante cœnam anti-
dotum de cancris, seu gentiana, vel
aliquid aliud magis experientia cõ-
probatum. Et si quid est, quod in ca-
su isto prodesse possit, erit elleborus
albus, si protinus exhibeatur, & in-
terpositis diebus repetatur. Nec spe-
randum est ex aliis auxiliis, ac reme-
diis hunc sæuissimum malum profli-
gari posse, nisi cum relatis.

Antidota.

Præstantia ellebori albi in hoc morbo.

Et quoniam incertum est tempus,

Quid post quadragesimũ diem faciendum.

in quo ab illato morsu debeat rabies excitari, trãsacto quadragesimo die, vsq; ad quem remedia perpetuo adhiberi debent. Rogerius quidã suadet, vt per quatuor vices in anno, cõmorsus purgetur, & singulis quindecim diebus accipiat theriacam. Nicolaus Florentinus etiam commendat, vt per annum integrum commorsi vtantur alexipharmacis rabiei aduersantibus, & Aetius commonefacit, vt singulis annis prȩseruationis gratia appropinquante morsus tempore commorsi per hieram purgentur, & instante die per triduum theriacam accipiant.

De Rabiei factæ curatione, vbi de religiosis remediis tractatur, ac de præseruatione & curatione canum.

Cap. X.

VBI accesserit aquæ, & omnium liquidorum abominatio, iam facta est rabies, quȩ cum curationem non recipiat, non est mirum, si eam scri-

criptis tradere veteres neglexerunt,
xceptis Aureliano, & Celſo, qui
nemoriæ prodidit, rabiei vnicum
ſſe remedium, vt æger inopinate in
iſcinam, vel balneum aquæ dulcis,
on ante illi præuiſum, proiiciatur,
z ſi natandi artis ſit ignarus, ſinere
emerſum bibere, & poſtea eum at-
ollere, & ſi natādi peritiam habeat,
nterdum deprimi, vt etiam inuitus
qua ſatietur, ſic enim ſimul & ſi-
s, & aquæ metus tollitur. Aquæ po-
um Rhaſes, Auicennas ac cæteri A-
abes proponunt, & docent, varia in-
trumenta parari, quibus clam, & ſi-
e ſonitu, & viſu aquæ ægrotantes
ecipiantur ad bibendum. Quod ta-
nen remedium quamuis ab omnib⁹
ere recentioribus ſit receptum, mi-
ime probare poſſum, auctoritatib⁹,
z rationibus innixus. Primo cum
ouerim, Dioſcoridem, Oribaſium,
Aetium, Paulum, & alios Græcos
uctores hoc remedium ſilentio in-
oluiſſe, quod minime ab illis eſſet
actum, ſi experientia cognouiſſent,

Nec potum nec balneum aquæ quicquam prodeſſe.

Auctoritates.

rabidis illud poſſe opitulari, nec dicendum eſt, remedium eos ignoraſſe, cum de eo ante Galeni tempora alij Medici meminerint, vt videre eſt apud C. Aurelianum, quamuis Galen. *in lib. de Theriaca ad Piſ.* videatur per tranſennam remedium probare. Scio tamen ad hoc remedium reiiciendum non ſufficere, illud antiquiores obliuioni mãdaſſe, in medium afferre, ſi ab aliis poſtea prodeſſe ſimpliciter, vel ſaltem prodeſſe poſſe, fuiſſet ſcriptis traditum. Idcirco cum à quibuſdam doctiſſimis recentioribus experimentis propriis vti remedium noxium, ac inutile ſit comprobatum, fit, vt & nos illorum ſententiæ adhærere cogamur, & potiſſimum, cum his experimentis habeam⁹ auctoritates & rationes. Nam C. Aurelianus non ſolum damnat aquæ potum, verum etiam illius immerſionem, eo quod ex potu multi maiori delirio, & furore affecti, & ex demerſione, conuulſiones, & contractiones excitatæ ſint. Auctor etiam

iam non contemnendus ſuperius citatus *lib. de virt. cent.* non ſolum aquę potum improbat, verum etiam per annum à balneo cuiuſcunque aquæ abſtinendum eſſe ſcribit. Auicennas quoque in *6. 4. tr. 4. cap. 7.* loquens ex propria ſententia de hac curatione, ait, quoſdam timentes aquam, eam potaſſe, ac ſtrangulatos interiiſſe. Ideo poſt quam Celſus propoſuit remedium, poſtea ſcribit, illud eſſe cũ vitæ diſcrimine, eo, quod infirmum corpus à neruorum diſtenſione abſumi poſſit. Ex quo patet à remedio, à quo ſalus ſperabatur, interitum ſequi. Accedo ad rationes.

Rationes.

Cum cauſa rabiei ſit venenum, & inter ipſum, & aquam magnus reperiatur diſſenſus, quod abominatio, auerſio, & dolor ingens, quibus miſeri ægrotantes torquentur, non ſolum ad potum aquæ, verumetiam ad viſum, & auditum illius; aſſerendum eſt abſque vlla dubitatione, ex aquæ immerſione, ac potu, morbum ſemper magis exaſperari, & augeri. Nec

aquæ potus prodesse potest rabidis, eo quod morbi huius natura sita sit in intemperie calida, & sicca, quæ copioso potu extingui possit, nam præter quam, quod veritati alienum sit, essentiam rabiei positam esse in intemperie hac insigni, vt supra fuit demonstratum, si tamen ex ea ortum haberet, esset in habitu, vt hectica facta, quæ vnico aquæ potu, & sola immersione aboleri minime posset, & præsertim sicca intēperies. Addamus, quod si solius aquę simplicis potus hunc tyrannicum morbum expugnare valeret, multo magis demorsos præseruare posset ab eo, cum facilius sit inæqualem intemperiem, quam æqualem remouere, sed nec aquæ potus, neque balneum à rabie valet custodire, multo minus iam factam curare poterit, & ideo ad alia accedo.

Vbi morbus augmentum suscipit, multi arbitrantur, corpus ægrotantis oleo dulci ac tepido fouendum esse, & ne sonitus liquoris percipiatur

tur ab ægrotante, ſpongias imbuendas eſſe, & apponendas.

Recentiores aliqui pro curatione proponunt medicamentum quoddam ex cantharidibus Auicennæ & Rhaſis, & quamuis Auicennas referat illud pro ſola præuiſione, antequã adſit aquæ abominatio, & inter antidota recenſeat: nam vt docuit Galenus *lib. 2. Aph. com. 22.* multa referuntur medicamenta à ſcriptoribus ad hydrophobiam, quæ non conferunt ipſius curationi, ſed potius præſeruant commorſos ab extrema pernitie; iſtud igitur medicamentum R.

Paſtilli.

R. Cantharidum partem vnam.
Lentium deglubatar. part. vnam.
Croci,
Spicæ,
Caryophyllorum.
Cinamomi,
Piperis, omnium ſextã partem vnius:

ex quibus conficit paſtillos ad pondus vnius ſcrupuli pro quolibet, quem cum aqua tepida in potu exhibet ſingulo quo-

Alij. que die. *R. etiam cantharides, quas die ac nocte in lacte acetoso macerat, quo proiecto aliud superinfundit, & diluit pariter per diem ac noctem, & id tribus vicibus, & postea eas in vmbra exsiccat, quas addita eadem lentium quantitate conterit, ac in pastillos redigit:* quorum scrupulum vnum in vino, vel in aqua exhibet, & post illius potum iubet, sudorem esse ciendum, vel cum valida exercitatione, vel cooperiendo ægrum cum optimis stragulis. Et si ex hoc medicamento vesicæ læsio inferatur, vt plerunque fieri cõsueuit, docet succurrendum esse cum potu decoctionis lentium deglubatarum, & olei amygdalarum dulcium, vel butyri, & post eius potum ingredi balneum iubet ægrotantem, in eoque tamdiu moram trahere, quamdiu vrinam emittit, & si sanguinem minxerit, esse signum eum à timore aquæ custodiri, quia cum sanguine etiam venenũ educatur. Quod tamen medicamẽtum cum nullo experimento à quopiam sit comprobatum, vti medicamen-

mentum valde incertum, ac periculosum, nec pro præseruando demorso, nec procurando rabido iam facto, admittendum esse credimus, cũ cantharides sint lethalissimum venenũ, non solum ob vim erodendi, & vlcerãdi viscera, & peculiariter vesicam, cum maximo cruciatu; verum etiam ob occultam quandam corpori nostro inimicam facultatem. Et quamuis Galen. *lib. 3. simpl. cap. 23.* ad vrinam ciendam cantharidibus vtatur, illarum vsus est in minima quantitate, *sentesimam enim drachmæ partem in medicamentum diureticum iniicit*, in qua quantitate cantharides priusquam noxam inferant, vna cum vrinis excernuntur. Cum autem medicamẽtum Auicennæ multam quãtitatem cantharidum, tertiam nempe partem, recipiat, vtiq; non solum cruorem elicere cum ingentissimo dolore, verum etiam mortem inferre poterit. Quapropter cum pro custodia nõ desint optima, tuta, & ꝓbata medicamenta, & illud in curatione adhibi-

Quantitas cantharidum intro sumendarum ex Galeno.

Earum vsus internus ab Autore reiicitur.

hibitũ afflictionẽ afflicto, malumq; malo addere, & celeriorem interitũ ægrotanti parare possit, penitus erit ab hoc medicamento abstinendum. Dicebat enim Hipp. *in 1. lib. epid. Te ad hoc exerceto, morbis vt prosis, aut ne quid noceas.* Et Gal. *debet*, inquit, *in primis spectare Medicus, vt ægris commodet, sin minus, vt certe ne incommodet.* Et in omnibus affectibus summe curãdum est, vt quæ præsidia adhibemus, aut iuuent, aut certe non noceant. His itaque omissis incertis, & venenosis medicamẽtis, experientia comprobata ac tuta medicamẽta exhibeantur, quæ leuamen aliquod afferre, quamuis prodesse minime possint, veluti sunt, mithridatium, theriaca, gentiana, vel etiam origanum à Democrito laudatum, & alia proposita in præseruatione: quæ si non sanare, saltem symptomata remittere possunt.

Scio quendam celeberrimum virum admittere in curatione rabiei catapotia quædam relata à Galeno

lib.

lib. 2. de antid. cap. 17. quæ parantur *ex ʒ. 1. ſ. caſtorei, & lathyridis gr. viij.* tamẽ cum C. Aurelianus damnet caſtoreum, & lathyris ſit medicamentum purgans ſatis validum, illud non auderemus exhibere, propter rationẽ infra explicandam. Et quamuis elleborus albus apparentibus ſignis futuræ rabiei, & in prima inuaſione ꝑdeſſe poſſit, nihilominus cum factus eſt morbus, non eſt admittendus, vt ſcribit Aurelianus, quia elleborus tardis tantum paſſionibus conuenit, & *rabies* eſt morbus acutus, celer, ac vehemens, & ſæpe continuus. Sed non ſolum hac ratione reſpui debet, ſed quoniam facta rabie ſtatim vires ita labuntur, & corruunt, vt miſeri ægrotantes, agitationem ab elleboro factam haud ſuſtinere valeant. Nec ſolum ab elleboro nos abſtinere debemus, verum etiam ab omni alio medicamento purgante, vt diagridio, elaterio, ac ſimilibus propoſitis à ſcriptoribus, quibus ægrotantes agitantur, & grauantur, teſte eodem

Elleborus albus quãdo ſit admittendus, & quando non.

In ipſa rabie medicamenta purgantia eſſe omittenda.

Vt etiam sanguinis missionem.

Aureliano. Et denique ab omnibus aliis euacuationibus, & potissimum à sanguinis missione, quamuis Aurelianus eàm in morbi remissione non improbet, cum, vt diximus facta rabie virtutes omnes frangantur & extinguantur, nec ex hac euacuatione venenum possit expugnari.

In principio seu augmento idem Cœlius præter alia multa, ꝓponit cataplasmata laxatiua thoraci, & dorso intra scapulas apposita, & in statu cucurbitulam eisdem locis affixam etiam cum scarificatione. Tum etiam vtendum esse fotibus cum spongiis oleo & aqua imbutis, expressis, & latẽter pannis, vel linteolis obuolutis & appositis, ne humoris sensus, vel sonitus exagitet ægrotantem. Insuper caput detõdendum esse, gestationem adhibẽdam in lectulo suspenso ægro, vel portatoria sella. Et si ægritudo perseuerauerit, iisdem prȩsidiis curandum esse infirmum. Interim etiam alternis diebus iniiciendos esse clysteres ex aqua calida,

a, & oleo in pauca quantitate, vt
ontineri poſſint, ad minuendam
tim.

Aliqui ex recentioribus ſuadent
rentia cataplaſmata occipiti, & ſe-
us aures eſſe apponēda, quæ quam-
is parum prodeſſe poſſint, cum in
eploratis morbis melius ſit anceps
emedium experiri quam nullum, vt
ocet Celſus *lib. 2. cap. 9.* ea applicare
ortaſſe non erit inconueniens, ſicut
corporis artubus inuſtiones, vel
xulcerantia, & ſinapiſmata. Nec e-
it inutile munire cor cum externis
uibuſdam antidotis, vt cum theria-
a ſola, vel ſimul cum gentiana, aut
liis ſuperius relatis, vel cum oleo
Magni ducis, aut oleo ſcorpionis,
uę virus euocare, & ſimul cor robo-
are valent.

Munitio cordis.

Nec paruifacienda eſt victus ratio,
quamuis horum ęgrotantium ſit de-
perata ſalus, cum ſemper ex aduer-
a, & praua dięta morbi augeantur, &
ucti celerius interitum afferant. Id-
o Celſus iubet, ægrotantes morari

Victus ratio.

in loco mediocriter calido, & luc-
do, defricari, ac in vigilia detiner
amicos ægris adesse, qui consolen-
tur, coarguant, & errores ipsis pate-
faciant: cibus illis conueniret ex so-
bilibus, vt alica, & ptysana, sed cu
res liquidæ ægrotantibus tormētu
& læsionem afferant, magis consu
tum erit hisce miserrimis infirmis, o
missis liquidis cibariis, exhibere c
bos solidæ substantiæ, vel eos saltem
qui minus fluidi sunt, vt fercula qu
dam solida ex optimis carnibus, a
iure parata, & alia huiusmodi, qu
multum alere, bonum succum pr
stare, & morbi symptomata magn
lenire possunt, quæ ex praua vict
ratione exascebantur.

Amuleta. Nec fortasse spernenda sunt per
apta, seu amuleta dicta remedia, qu
quamuis magna ex parte vana, ac s
perstitiosa sint, si tamen ex numer
illorum erunt aliqua, quæ à tota su
stantia vires habeant aduersus ra
biem, non erit inutile illis vti, vt hy
næ corij particulam in panno bra
chi

io ſiniſtro alligare, vt refert Scri-
nius Largus. Dētes etiã canis rabi-
humero ſuſpēdere ex auctore lib.
adiur. qui auctoritati Dioſc. niti-
r, & ſubſternere etiam, vt teſtatur
etius, Vrſę Corium, & Phocę. Qui-
is omiſſis, ad ſpiritualia remedia ve-
mus. ¶ Conſueuerunt oẽs fere
emorſi à cane rabido relictis Medi-
rũ auxiliis, ſtatim cõfugere ad va-
a ſanctorũ delubra, vt ſancti Doni-
, ac Bellini, vt orationib⁹ & exorciſ-
is adiuuentur, & potiſſimum ad a-
m ſanctiſſimi Petri Gryſologi ex-
uctã in Eccleſia ſancti Caſſiani Pa-
oni Imolę, vt accipiant aquam, quę
xhibetur ſupra ſacram eiuſdem ſan-
iſſimi viri patenam argenteam, quã
quam cuſtodire demorſos, ne in ra-
iem incidant ex ſeniorum traditio-
ibus firmiter à noſtris ciuibus cre-
itur, quorum demorſorum aliqui à
euiſſimo hoc malo putantur pręſer-
ari ob magnam ipſorum fidẽ, & ob
erita horum ſanctorum. Sed quo-
iam Dei conſilium nos latet; partes
eſſent

Remedia ſpiritualia.

essent illorum sacerdotum, qui præ-
sunt horum sanctorum locis, morsos
hortari, vt religiosis acceptis reme-
diis etiã ad auxilia medica, & statim
cõfugerent, cum ignorent, an Deus
eos, vel solis auxiliis religiosis, vel cũ
naturalibus sanare velit, nam qui soli
diuinæ prouidẽtiæ, vt alibi scripsim[99]
se cõmittunt, & humanum respuunt
remedium, ex sancti Thomæ doctri-
na læthale crimen admittunt, quoni-
am hoc est Deum tẽtare, & sui ipso-
rum homicidas esse, cum causas se-
cundas spernant, quæ concurrenti-
bus primis sanitatẽ præstare valẽt, &
ob id cõplures miserrime intereunt,
qui præsidia medica negligunt.

Præseruatio canum, ne fiant rabidi.

Et vt etiam de canibus duo verba
dicamus, quamuis hæc disciplina ad
veterinarios medicos spectet, ne ca-
nes rabie corripiantur, docet Plinius
lib. 29. cap. 5. Veterinarios medicos in-
fantibus catulis eximere vermiculũ,
qui in lingua ipsorũ reperitur, & di-
citur à Græcis Lytta, ex quo & λυτλάω,
hoc est, rabio dicitur; sciendum ta-
men

nen est, illam partẽ, quam eximunt, non esse vermiculũ, sed neruum vermis teretis figura. Alij autem asserũt, catulis post quadragesimũ diem, quam sunt editi, caudas ipsorum esse castrandas. Præterea idem Plinius *lib. 8. cap. 40.* scribit grandioribus natu, cum rabies canicularibus diebus ipsos corripere soleat, per illos dies cibaria cum gallinaceo fimo mixta exhibenda esse, & si morbus præuenerit cum elleboro eos esse purgandos, cuius radicis summam partem, quæ est crassissima cœpis similis eligendam esse pro illis purgandis, testatur *libro 25. cap. 5.*

Victus canum in canicularibus.

Etiam rabidorum cura.

FINIS LIBRORVM DE *Hydrophobia.*

Non nobis Domine, Sed nomini tuo da gloriam.

BA-

BAPTISTÆ CODRONCHI, PHILOSOPHI AC MEDICI IMOLENSIS, DE Sale Abſynthij Libellus.

IN QVO NON SOLVM de illius præſtantia, viribus, & ratione parandi; verum etiam de difficultatibus Artis Chymicæ, ac deſtillatoriæ excellentia.

DEQVE CVM SALIS, TVM Abſynthij facultatibus ſeorſum, & Salis Cranij humani conficiendi modo, ac virtute breuiter agitur.

Ad quem de aquæ immerſis acceſſit opuſculum.

P IN

IN LIBELLVM DE SALE ABSYNTHII BAPTISTÆ Codronchi

PRÆFATIO.

QVI populorum, ac principum res egregie gestas, aut quamuis aliam studiorũ partem, illustrandã suscipiunt, solent vt plurimum illud ante profiteri, vt nihil sibi maiori curæ sit, nihil æque studeant, quam vt vitæ, vsuique mortalium consulant. Ego labores hosce, atque animi propensionem semper commendaui, & cum à iuuentute mea studiis philosophiæ, ac medicinæ vacauerim, postquam laureolam doctoratus assecutus sum, nihil antiquius, ac carius habui, quam vt studio, exercitatione, industriaque aliis prodessem. Assecutus id sim, nec ne, aliorum malim esse iudicium, quam meum. Illud pro iure meo testari possum, me hac mente, animoque elaborasse, vt

t quicquid cogitando, ſcribendoque conſe-
u potui, id omne ad communem vtilita-
m tranſtulerim. Quamobrem præter con-
nuos labores, quos in curandis ægrotanti-
s per duos annos ſupra triginta valetudi-
rius fere ſemper perpeſſus ſum, plura mo-
mentis literarum tradidi, quæ cum o-
nibus nota eſſe poſsint, hic referre haud eſt
us.

Quibus laboribus quamuis defeſſus, non
men deterritus, optans vſque ad mortem
is pro viribus meis quamuis exiguis ali-
id commodi afferre, ſcienſque nihil eſſe
Chryſoſtomo teſte) ita Deo amicum, vt ad
mmunem vtilitatem viuere, cum expe-
ntia, & illuſtri exemplo cognouerim, ſa-
n abſynthij eſſe præſtantiſsimum remedi-
n, quod quamplurimis ægrotantibus au-
liari poteſt, ac in medica facultate exi-
um, adhuc habuiſſe locum, nam pauca ad-
odũ de illo publicis literis conſignata ſunt,
o libenter hanc officioſam prouinciam ſu-
pi, vt de ſalis huiuſmodi viribus, modoq;
randi peragerem, ſimulq; ſcripto traderẽ;
æſertim ad hoc me adhortãte perilluſtri,
celeberrimo I. C. Domino Ioanne Bapti-

*sta Rotellia huius patriæ meæ Gubernatore,
qui præter generis nobilitatem, præclaram
eruditionem, atque in Deum pietatem, po-
tius ad aliorum, quam ad suam utilitatem
Cæsarij, ac Pontificij iuris, ac aliarum facul-
tatum, Theologicæque præsertim, ac medi-
cæ, magnum numerum librorum congessit
ac honorificam bibliothecam cõstruxit; In
super undiq; selectiora, arcanaque remedia
& quæ apud Principes in magno pretio ha-
beantur, conquisiuit, non nullaq; ex eis ma-
gnis sumptibus, & inter cætera absynthi
salem cõfici voluit, quem & alia parata au-
xilia nõ modo unicuiq; petenti libentissim
concedit, uerum omnibus, quos ipse sciat
sponte offert, & exhibet. Hunc salem autem
dedit cuidam nobili viro, qui cum iam sexa-
genarius laboraret capitis grauitate, verti-
gine leui cum quadam actionum princip
facultatis cerebri ignauia, flatuum, ac cru-
ditatum in hypochondriis copia, & qualibe
hyeme per duos mẽses dolore in dextero bra
chio, cum scribendi impotentia, cruciare
tur, ratione cerebri satis superque humid
ac ventriculi subfrigidi, huius salis frequẽ
ti usu, non solum ab omnib⁹ hisce malis im-
munis*

munis redditus est; verum etiam partes affectæ, omni semota intemperie, ita firmatæ sunt, vt operationes omnes necessarias fœliciter exerceat, ingenio, ac memoria, vt prius, polleat, hilaremque vitam ducat, &, cum homines (teste Aristotele) cum senescunt, nigriores reddantur, ipse tamen optimum colorem, sicut sanguinei iuuenes habere solent, est consecutus. Quo exemplo, vt alia sileam, manifestum sit, salem hunc esse auxilium efficacissimum; nam ægrotantes curare, & sanos custodire valet, vt fusius, Deo dante in sequentibus explicabo.

Sec. 38. Prob. 9.

BAPTISTÆ CO-DRONCHI DE SALE ABSYNTHII Libellus.

De illis, qui artem chymicam, ac destillatoriam inuenerunt, ac perfecerũt.

Lib.1.c.39. lib.2.simpl. cap.18.

NEGANDVM profecto non est, destillatoriam, chymicamq; artem bonis temporibus fuisse ignotam, ficuti etiam fateri debem? Dioscoridem, ac Galenum prima artis destillatoriæ principia, quamuis obscure, tradidisse; artemque posteris insinuasse, illum, vbi rationem eliciendi oleum ex pice explicat; istũ, dum modum tradit, quo aqueum, ac tenue excrementũ ab oleo seiungi possit. Posteros vero gręcos artem non ignorasse, ostendit Aetius, dum rationem docet conficiendi oleum capnisticum, hoc est, suffumigabile ex destillatione, per descensum, nũcupata. Et Actuarius, vbi stillatitij liquo-

Serm.1.

iquoris rosarum, quem rodostagma græci nominant.

Cum autem ex probatissimorum auctorum sentẽtia omnes fere artes apud Ægyptios ortum habuerint, hanc artem etiam ab illis inuentam fuisse, opinari debemus, præsertim cum Suidas testetur, Diocletianum libros de chymia auri, & argenti Ægyptiorũ ab antiquis descriptos cõcremasse. Ex quibus Ægyptiis solertissimi Arabes eam quasi furtim surripientes, omnium primi præcepta, ac instrumenta artis publicis monumentis tradiderunt, quam alij postea ita auxerunt, ac perfecerunt, vt si reuiuiscerent veteres, nobis summopere videantur inuisuri.

Ars destillatoria, vbi, & à quibus sit inuenta.

De arte chymica à Mauritanis Alhimia dicta, quæ imperfecta, ac vilia metalla ad perfectionem auri, & argenti perducere docet, non est vt verba faciam, quamuis vera sit, ac possibilis, vt à quibusdam doctissime rationibus, experimentis, auctoritatibus, diuersarumque gentium con-

Ars chymica vera & possibilis.

Ars chymica improbatur.

sensu est demonstratum, cum ad institutum nostrum haud pertineat, & ea sit potius detestanda, quam laudanda ob difficultates maximas, quibus vndique circumuallata est, finem incertißimum, & periculosas dæmonum illusiones, qui chymisticis operationibus seipsos frequenter immiscent, vt miseri artifices transmutationem quam in metallis auidißime expectant, in seipsis experiantur, dum ex diuitibus pauperes, ex sanis plerumq; ægroti, & ex Dei amicis inimici fiant, & tandem disperati misere intereant; præsertim illi subdoli auripetæ, qui metallorum adulterationi incumbunt, vt vnum pro alio videatur, æs argentum, & argentum aurum. De huius artis difficultatibus quam plurimis librum docte, & eleganter admodum lucubrauit Theobaldus de Hochelande Mitteburgensis editum Coloniæ Agrippinæ apud Henricum Falkenburg anno 1594. quem vt legant omnes, qui artem hanc profiteri cupiunt, vel iam profitentur, hortor, & rogo. Quod si forte libri huius copiam habere non possint, vel si habent

ent, legere nolint, ſaltem legāt hæc aucula, quæ ab ipſo collegi, de cauſ videlicet, ob quas ars hæc ſit diffiillima, primo propter conditiones, quas artifex habere debet, timorem nempe Domini, ingenium acutum, ac excellens, eruditionem, industriam, patientiam, otium, libros multos, ſanitatem, longum tempus, ac *diuitias multas*; cum autem difficilimum ſit reperire aliquem, cui tot animi, corporis, ac fortunæ bona elargitus ſit Deus, merito ars hac ratione difficilis cenſeri debet, cui accedit difficilis librorum intellectus, nam ij philoſophi artem deſcripſerūt per ſimilitudines, allegorias obſcuras, per ænigmata, per tropos ſeu figuras, ac per ęquiuoca, vt ipſam obtegerent: Inuſitatis præterea, ac incognitis nominibus, numeris, ac notis vtuntur, vel, ſi manifeſta ſint, ad aliam prorſus ſignificationē detorquent; & præter hæc varius, ac multiplex eſt autorum ſtylus, alij enim phyſice, alij medice, alij arithmeti-

Quæ in chymiſta requirantur.

Cur ars chymica ſit difficilis & periculoſa.

 ce,

ce, alij astronomice, & alij geometrice loquuntur. Et, si his addamus, quod *chimici impoßibilia videntur praecipere*, vt non solum difficilis, sed omnino fallax, ac deceptorius videri possit omnis de illorum arte tractatus; vera fortasse dicemus. Iubent enim destillari elementa, ablui, ac mundari, & certo pondere coniungi, & quod maius absurdum est, asserunt conuertẽda esse elementa, cum id sit soli⁹ Dei, ac naturæ opus; Quãuis tota praxis ex librorũ intellectu dependere videatur; tamen cum aliud sit artis rationẽ inuestigare, quã attentare, & manum operi adhibere, & multa experientia deprehendantur, quæ per solam theoriam cõprehendi non poterant, ideo plurima, quę prima fronte facilia apparẽt, cum quis praxim aggreditur, difficillima reperiuntur.

Artis chymicæ basis. Quid de materia lapidis, quæ totius operis chymici basis est, & fundamentum, dicemus? quam, cum vnã philosophi hi esse dicãt, plusquam mil-

nille nominum legionibus (vt ait
Rosinus celebris huius artis auctor)
nuncupauerunt, nomine videlicet
omnis rei, quæ vel in terra, vel in ma-
ri, vel in aere reperitur, hancque re-
bus omnibus assimilauerunt, hanc
maxime occultant, nec nomine pro-
prio nuncupant, hanc inueniri in o-
mni re, in omni loco, & tẽpore qui-
dam ipsorum asseruere. Et quamuis
plurimæ difficultates circa cognitio-
nẽ veræ materiei vocati lapidis phi-
losophorum, & elixir, emergant, ma-
gis tamen difficile est scire, quomo-
do ea sit præparanda propter aucto-
rum varietatem, & ponderum con-
fusam doctrinã, & in quo vase sit per-
ficienda ob diuersitatem vasorum,
quã proponũt, quo ad figuram, quã-
titatẽ, & numerum ipsorum: cũ ignis,
quo maxime est opus in hac arte, plu-
ra sint genera ex eorum doctrina, e-
lementaris nempe, naturalis, inna-
turalis, & contra naturam. si horum
cognitionẽ, quæ est difficilis, omni-
modã artifex non habeat, omnis ei9

ope-

operatio inanis erit, ac inefficax; Pręterea, in furnorum electione, ac formatione errare possunt artifices, vt proportionem æqualem igni, quem quærunt, non inueniant; Gebrus enim septem ipsorum genera enumerat, calcinatorium nempe, sublimatorium, distillatorium, descẽsorium, fusorium, solutorium, & fixatorium; cum tamen vnicam solam fornacem quærant, quam cum indicare volũt proprio ipsius nomine celato, furnũ secretum appellant, ex cuius augmento, vel diminutione contingit similiter, artificem errare. Et cum lapis iste chemicus certum, ac determinatum tempus exposcat, vt compleatur, & istud, nisi mystice, & obscure admodum, sit à chymicis indicatum, & consulto variatum; nõ solum difficile, sed & supernaturale, ac diuinum erit, vt aliqui ex illis asserunt, illud comprehendere, ac cognoscere.

Quapropter, cum ars hæc ob relatas, ac multas alias difficultates vana, ac nugatoria

ia reddatur, nec vnus quidem è decē millibus, qui chymica tractant, propositum finem consequatur, ab omnibus abhorrenda est, ac tanquam pestis euitanda; serpit enim, vbi semel admiseris, & interiora hominis depascitur tanquam bellua, rodit animum, nec quietem admittit spe ingentium bonorum, quæ non secus, atque metus magni vitam humanam non solum difficilem, ac laboriosam reddit, sed senectutem accelerat, ac mortem. Quis iam recenseat morbos, quos fumi, fœtores argenti viui crudi, & sublimati exhalationes, ac reliquorum venenatorum attractiones, diutinæ vigiliæ, labores quotidiani, chymistarum corporibus adferunt? Quis vstiones ex aquis fortibus, aut candentibus metallis? quis animi tædia referat, dum aliter, atq; præsumunt, spes suas in irritum cadere prospiciunt? Quis innumeros sumptus breuiter perstringat, dum hinc vitra, hinc ollæ ferreæ, inde catini, aut argilla igni valido resistens, argentum viuum, marchasitæ auri, & argenti, aliorumque metallorum, & simi.

Artē chymicam tāquam pestem esse vitandam, & cur.

Eius innumera extant exempla.

ſimilia ex ipſis venis maximo terrarum ſpatio diſtantibus petuntur? Omitto *infamiam, quæ hos auripetas plerũque comitatur*, & dubia de illis hominum iuditia, dum quiſque, vt ſentit, de illis loquatur: hic impoſtores, ille falſarios, & monetæ adulteratores ſuſpicatur. nec deſunt, qui min⁹ male de illis opinantes, ſuarum rerum prodigos, & male ſibi conſulentes, & ad egeſtatem ſponte properantes affirment: multi etiam miſerentur, tanquam de ipſorum ſalute conclamatum ſit. Ideo ars hæc non ſine iuſtiſſimi iuditio vilis, & improba iudicatur.

Dum maxima illorum pars patibulo affigitur.

Qua vti nugatoria, fallaci, ac inutili omiſſa, accedo ad præſtantiſſimam, ac vtiliſſimam artem deſtillatoriam, quæ cum doceat inter alia rationem eliciendi non ſolum puriorem partem abſynthij, quam chymici ſalem abſynthij appellant; verum & ſalis albi cum abſynthio mixtionẽ, quam neoterci Bononienſes ſalem theriacalem dicunt, & nos etiam infe-

erius salem theriacalem passim vocabimus, vt vnusquisq; artifex rectã, c vtilem normam extrahendi illum ſequi possit, operæpretium esse duimus, aliqua de destillatione summatim scribere, quæ huic rei plurinum conducere valent, & magna ex arte excepi à peritissimo Ioanne ubeo Medico Rauẽnatensi, qui lirũ ita absolutum, ac eruditũ de destillatione scripsit, vt facile alios hui⁹ rgumenti scriptores superasse conoscatur.

Ioannis Rubei laus.

Hanc autem, sublimatoriam, fuoriam, ac destillatoriam, vocant ars periti; cum tamen *ex destillatione quor aqueus partis humidioris subiectæ rei i caloris per alembicum, vel aliud vas in aporem resoluatur, & ex frigido aere rsum in aquam concrescat, quæ postea per strum pilei in subiectũ vas effluit*, maifestum fit, sublimationis nomen sse satis improprium, cum in sublinatione proprie nũcupata vapores aquam minime transmutẽtur, sed cciores euadant, puriores, ac nitidio-

De arte destillatoria.

Quid sit ars destillatoria.

tidiores vasis, ac operculis illorum adhęreant.

Destillationis genera. Destillatio autem fit medio calore, vel absque calore. Quæ calore perficitur, alia per ascensum, alia per descẽsum, & alia per inclinationem scilicet inter vtrumq; medium. Quæ sine calore paratur, vel fit per licium penicillum, filtrum vocant; vel per arenas, vel fit per vas figulinum crudum, cissimmbium, id est, vas hederaceum, quæ humoris transmissiones, destillationes nõ sunt (vt ait Syluius) nisi abusiue loquentibus; nam calore proprie dicta destillatio perficitur, vti instrumento vniuersali necessario omnib⁹ destillationum formis, calor autem vel est à sole, vel ab igne, vel à putredine (omitto destillationem per patinas, per lignum, & per descensum, quod propriæ destillationes non sint.) *Diuersitas ignis in destillando.* Vbi igne fit destillatio, ignis erit vel cum flamma, vel sine flamma, hoc est, cũ carbonibus ignitis, vel cum medio, vel sine medio, media vero inter vasa, & ignem

gnem ſunt, vel aqua feruens, vel vaores ab aqua feruenti, vel cineres, el arena tenuis; aut elimata ſcobs rri, vel chalybis.

In ſole fieri ſolet deſtillatio locis alore ſolis æſtuantibus locato vaſe treo ſuper calidam arenam, vel inecto abſque arena in ſcamno trium edum altitudinis; qua ratione elitę aquæ cum mitiores, ac dulciores ant, quam illæ, quæ vi ignis educũr, omnes alios ocularios liquores ntecellunt.

Deſtillatio in ſole.

Ex putredinis calore reſultat alia eſtillandi ratio; dum vaſa deſtilla oria obruuntur, in acinorum acero, aut oleorum recrementis, vel fiio qualicunque; quam rationem onnes fere vituperant, eo quod fimũ, t res putreſcentes deſtillata terra oris fœditate inficiant.

Deſtillatio in calore putredinis.

Deſtillatio, quæ fit ab igne ſine alerius interuentu cum lignis accens; eſt omnium aliarum, quæ igne unt, deterior, ratione inæqualitatis gnis; nam inæqualitas, cum ſit ab or-

Q dine

dine aliena, omnem coctionẽ ac destillationem vitiat. Quæ vero cum carbonibus vſurpatur, tutior eſt, ac minus deterior.

Deſtillatio, quæ fit medio aliquo corpore, melior, ac vtilior cenſetur, quam quæ abſque alicuius interuentu efficitur; & ratio deſtillandi mediante aqua feruente; vel aquæ vaporibus, eſt omnium aliarum præſtātior, eo quod rerum, quæ deſtillantur, odorem, ac ſaporem egregie cōſeruet, ac retineat, & limpidæ, ac ſynceræ eliciantur aquæ, quæ ne tantillum quidem fumi, vel aduſtionis nidorem recipiunt. Modum coquẽdi in diplomate, ideſt, in duplici vaſe, quem per balneum mariæ *à mari*, vel *à Maria inuẽtrice* chymici, ac pharmacopolæ, vocant, docuit Galen. *lib. 7. de comp. med. loc.* ex qua coquẽdi ratione deſtillatores modum deſtillandi in duplici vaſe inuenerunt.

Balneum mariæ vnde nomen habeat.

Cap. 2.

Deſtillatio, quæ fit mediis cineribus, cum & ipſa vtilis ſit, ſecundum locum eſt ſortita; quia neque vrit, neque

Deſtillatio in cineribus.

eque fumo inficit. Tertium autem btinuit illa, quæ fit per arenam, seu bulum. Quartum quæ per scobem imatam.

In arena.

In Scobe.

Artis periti appellant ignem balei mariæ primi gradus; cineris ignem secundi gradus; arenæ, vel saüli tertij grad⁹; scobis elimatę quar- gradus. Primo vtuntur gradu ad s humidiores, ac tenues, vt ad flos; secundo ad tenues, & siccas; terò ad ea, quæ crassiore sunt substana, & succi plena, vt sunt plures radies; quarto solum ad metalla, ac mieralia.

Ignis Gradus.

In omnibus destillandi modis ora asorũ optimo luto, seu glutino obuci præcipiunt, ne destillantis rei nuiores partes, quas spiritus vocãt, uanescant.

Vasorum occlusio.

Vasa, quæ pro destillatione in cõuni vsu recipiuntur, diuersa sunt, uo ad formã, & quo ad materiam ꝑ erum varietate, ex quibus educi deent liquores. Quo ad formã, seu fiurã vel est cucurbita recta, boccia,

Vasorum figuræ, ac nomina.

Boccia.

vulgo nuncupata, & venter ab Albucasi, in cuius colli apice pileum rostratum imponitur: vel est cucurbita non recta, sed incurua, quam stortam appellant; vel est matula, vrinale vocata; vel est vesica ex ære confecta. Est & aliud vas, quo passim seplasiarij pro destillandis aquis vtuntur, quod habet inferius matulam ex ære, cui plumbeum pileum imponũt rostratum in pyramidis formam, quod cãpanam vocant.

Storta. *Vrinale.* *Vesica.*

Horum vasorum triplex est vsus; primus, vt cum rectæ, vel incuruæ cucurbitæ rostratum pileum imponitur; alius cum vnius collum cucurbitæ in alterius collum immittitur, quẽ bocciam contra bocciam appellant; postremus cum inuersa cucurbita os ipsius terram respicit, qui situs deseruit destillationi per descensum dictæ.

Vasorum triplex vsus. *Boccia contra bocciam.*

Quo ad materiam, vasa vitrea cæteris præferuntur, quoniam eliciti ex eis liquores nullã excipiunt qualitatem extraneam, saporem, vel odorem

Quæ vasa sint vtiliora.

lorem; nam ratione densitatis vitri
ihil penetrare, & ratione puritatis
ihil abradi aut substantiæ, aut qua-
itatis potest, quibus organis condu-
it superponere pileum latiorem, ~~ae~~ ex
itro mediocriter crassum, vt maior
quæ copia eliciatur. Vt pileum non
ncalescat, halitusq; in ipsum elatos
on comburat, atq; dissoluat.

Quid agẽdum, vt maior aquæ copia eliciatur.

Plures rationes excogitarunt de-
tillatores: nam lineis pãnis aqua fri-
ida madefactis pileum contegunt,
el rostrum longissimum confici iu-
ent, vel canaliculum vitreum ad-
unt, quod per vas frigida plenum
ransducitur, in cuius inferiori par-
e foramen fit, vt calefacta aqua de-
rahi, & alia frigida substitui possit.
Alij pileum circumdant vase stan-
eo multo latiore, & vas assidue fri-
ida plenum habent, quæ per fistu-
am æneam in illud influit è vase su-
erius posito in columnula ad sum-
num fornacis; quæ autem incalescit
irca pileum aqua epistomio, vel fi-
tula in ambiente vase iniecta, dedu-

citur, & quoniam vasa vitrea sunt carriora, ac fragilia magis, vt huic incōmodo prouideant, ipsa luto sapientiæ, quod vocant, paulatim vndique circumliniunt, & siccant, quantum vasis eius ignis violētia attingere debet, etiam si cineribus, arenis, scoriisue primum excipienda sint; nam quæ aquis, aut ipsarum vaporibus insident vasa; nullo munimento indigent.

Terrea vasa laudantur.

Si vitrea vasa desint, secundo loco laudantur vasa figulina, seu terrea dicta, ex luto puriore, ac diligēter concto, confecta, quæ intus vitro obliniri, & extra luto muniri debent; in quibus tamen acriores res, vt acetū, & similia non sunt destillanda, quoniam acrimonia sua detrahūt plumbi partem, quæ in ipso vitro continetur, quæ stillatitios liquores vitiat. Ista tamen in balneo mariæ vitanda sunt, quoniam aquæ caliditas cum humiditate iuncta aperit poros vasorū, ita vt aquæ superflua humiditate scateant, & breui tēpore putrescāt

Me

Metallica vasa, vt plumbea, ferrea, ænea, ac stannea vitanda esse optimi quique artifices suadent; quoniam ex illis aliquid abraditur, quod noxium est, & ex quo aquæ metallicum illud virus, ac quasi nidorem cõtrahunt; ideo Galenus magna diligentia cauit, ne medicamenta conseruentur in vasis stanneis, ex his tamen metallicis organis ænea, ac stãnea minus noxia esse censentur. Non loquor de argenteis, & aureis quamuis valde idoneis; nam præterquam quod non sunt nisi paucissimis, ac illis ditissimis præsto, non possunt eos perferre ignes, quos vasa vitrea luto potissimum oblinita sustinent: cęteris deteriora esse vasa plumbea peritissimi omnes vno consensu decernunt, ratione maleficæ qualitatis plumbi; vt cum Dioscoride testatur experientia; propterea qui opera faciunt cum plumbo, vt docet Vitruuius, semper decolores sunt, & qui bibũt aquam per canales plumbeos deriuatam, teste Galeno, ratione cu-

Metallica vasa vituperantur.

lib. 1. de Antid.

Plumbea vasa cæteris deteriora esse.

lib. 7. c. 6.

lib. 7. de comp. med. loc. cap. 2.

iuſdam limi plumbei in ventris tor-
mina incidunt, ideo Auicenna hor-
tabatur plumbi odorem, ſeu fumum
vitãdum eſſe; quia cerebrum, ac par-
tes reſpirationi inſeruientes, maxi-
me lædit, vertiginem, ac epilepſiam
excitat; &, ſi his addamus, experimẽ-
tis certiſſimis eſſe comprobatum, nõ
paruam ceruſæ copiam in ſuperficie
interna capitelli plũbei colligi, quæ
abraſa cum aquis commiſcetur, & ex
ea ingentia oriri incõmoda, vt Dio-
ſcor. ac Nicander teſtantur; nemo
erit ſanæ mentis, qui vitare non ſtu-
deat hęc plumbea vaſa, & multo ma-
gis eductas ab eis aquas, ne pro re-
medio venenum exhibeatur; & quã-
uis omnis prauæ qualitatis eſsẽt im-
munes, ab officinis medicamenta-
riis ea ratione exterminandæ eſſent,
quod ſtirpium, ex quibus educun-
tur, facultates non ſeruent, nam o-
mni odore, & ſapore deſtituuntur,
nec aliud præter fuliginẽ, nidorem,
& aliæ ſubſtantiæ ſaporem reſipiant,
vt exemplo aquæ abſynthij manife-
ſti-

e conſtat, quæ nec amaritiem, nec
llam abſynthij qualitatem ſeruat, &
ıbdulcem ſolum, vel aqueum quē-
am ſaporem habet.

Paratis itaque melioribus vaſis, ſi
eſtillari cum arena, vel cinere, vel
obe elimata oporteat, vaſa nō ſunt
nplenda rebus vſque ad ſummum,
uia pars eorum ſuperior pæne in
ihilum abiret, & integra inferior
ermaneret, cinisque, arenaue res i-
ſás ſaltem dodrante ſuperare de-
et.

In arte hac neceſſariæ ſunt etiam
ornaces, quarum plura ſunt genera;
am quo ad formam, aliæ ſunt qua-
ratæ; & aliæ orbiculares: & quo ad
ſus, aliæ deſtillatoriæ, aliæ reuerbe-
atoriæ, aliæ circulatoriæ. Extruun-
ur autem ex lateribus crudis, vel et-
am coctis, qui tamen minus probā-
ur, ex ferro etiam conficiuntur, vt
acili negotio reſerari, claudi, ac cir-
cumferri poſſint. Plerique è cæmen-
o, oui candido, terraque pinguiore,
c bubulo ſtercore; non nulli ex late-

Fornacum genera.

ribus contuſis, ſtuppa, ſtercore equi- no, ac pingui gleba conſtruunt, luti à chymiſtis ſapientiæ vocatū, quo & cōtegi vaſa, & eorum ora claudi, nec nō fornaces exſtrui poſſunt; ex com- muni vſu cōficitur ex argilla optime ſubacta, equi vel aſini ſtercore ſicca- to, & panni fruſtulis, quibus non nul- li multa alia addunt, vti ſcribit Io. Ant. Iacob⁹ Vueccerus *lib. 3. ſecretorū cap. 5.* qui etiam docet rationem con- ſeruandi lutum iam confectum.

Luti ſapientiæ confectio.

In opere præclaro deſtillandi alij- qua ante deſtillationem, alia in de- ſtillatione ipſa, & non nulla poſt de- ſtillationem fieri debēt; Ante deſtil- lationem res, & præſertim herbę, ac flores minime putrefaciendi ſunt, vt aliqui volunt, cum potius detrimen- tum, quam adiumentum à putrefa- ctiōne capiant; Nec ſal reb⁹ admiſce- ri debet, vt alij faciunt. Aliquę tam- res maceratione egent, quarum ple- ręq; prius exiccari debent, quædam humectari; ſicca humectationē, hu- mida ſiccationē expoſcunt, quędam

Ante deſtillationem obſeruanda.

verò

ero sola cuiuspiam humoris asper-one parantur, vt rosæ, & cæteri flo-es sicci: non nulla in linteo extensa stiuis noctib⁹ sub dio exponuntur, t rorem excipiant. Corpora dura, ac icciora prius minutim incisa, ac cō-usa, vt macerentur, longius tempus orarum; molliora vero, rara, ac te-uia, viridia, ac contusa breuius, & nedia medium exposcunt; ideo se-nina, ac radices diutius duplo, quam ores, & folia macerari opus est, & uoniam maceratio fit, vt res atte-luentur, ac misceantur, attenuatio ero, ac mixtio à calido naturali, vel aturali simili perficitur; ideo mace-ationes fieri debent sub sole, cuius alor est naturalis, vel sub fimo, vel n laconico, seu hypocausto vel in balneo mariæ, quorum calor est na-urali proximus.

Quinam liquores ad macerandum apti sint.

Liquores ad macerationem apti multiplices sunt, pro variis artificum ntentionibus, ac diuersis rerum vi-ibus, calida tamen calidis, & fri-gida frigidis (nisi peculiaris ratio se-

secus suadeat) misceri debent. liquo-res consueti sunt, aqua ardens, aqua pluuiæ, vel fontis, succi ex herbis, a-cetum stillatitium, aquæ stillatitiæ, vrina, serum, & sanguis stillatitius; vt tamen elicitus liquor magis seruet earum rerum vim, è quibus emanat, proprio succo, vel simili res immer-guntur. Quæ calculum frangunt, ac dissoluunt, in sanguine hircino; quæ renum, vel vesicæ vlcera sanant, in sero caprino. Quę modicum succi habent, vt betonica, saluia, absyn-thium ad excitandum, augendumq; succum, & aromata, vt odorem con-seruent, infundantur in vino; metal-lica, & quæ duriora sunt, vt margari-tæ, coralli, & alia similia in aceto, vel lotio crudo, vel stillatitiis. Res vero rarioris substantiæ in aqua, vel etiam vino macerantur.

Quot vicibus res sint destillãdæ.

In destillationibus aliquãdo vni-ca sufficit destillatio, nonnunquam plures adiumentum præstant. Re-rum calidarũ stillatitij liquores pos-sunt bis, & ter fæcibus suis tritis su-

per-

rfundi, destillari, si maiori effica-
ı, ac caliditate sit opus; rerum vero
gidarum aquæ, vt rosæ, vnica suffi-
: destillatio, ne vis refrigerandi im-
inuatur, & acris reddatur. Si odo-
m, vel saporem aquis cõciliare ve-
nus, pileum liniatur rebus odora-
, vt melle, vel laudano, vel res odo-
tæ; præsertim moschus, caryophyl-
s, ac cinamomum lineo nodo in-
tæ; ad extremum rostrum collocẽ-
r. Si cum igne facienda sit destil-
:io, vt plurimum fieri solet, non de-
:t succendi ignis cum lignis semi-
ıtridis, graue olentibus, nec cum
unis scrobe suffocatis, vel carboni-
ıs de terra erutis; nam suo iutulen-
vapore liquores inficere, ac coin-
ıinare possunt; nec de lignis humi-
s, ac viridibus ignis est parandus,
: fumus ab eis elatus rei destillandę
ficiat. Recipiantur itaq; ligna sic-
, vel peruri cæpta, & carbones iam
:rusti, ne quid fumidum habeant,
si odorata haberi possent, vtique
eliora essent, vt sarmenta vitis ex-
sicca-

Ligna, ac carbones conuenientes pro igne destillationis.

ſiccata, præcipue cum antidota ſto-machica, & arteriaca paranda erunt. Ignis initio ſit leuior, inde ſenſim augeatur, vt res non adurantur, & cum ſæpius aqua elicita deſtillatur, & ad fæces affunditur, qualibet deſtillatione calor dimidio gradu eſt minuendus vſque ad primum gradum. Cũ autem quinta eſſentia vocata extrahenda eſt, augeri calor debet. Balnei aqua non excedere teporem debet, & ſi maiori calore ſit op⁹, miſcẽda eſt minuta arena.

Ignis qualis eſſe debeat.

Peritiſſimus quidam vir animaduertit, in deſtillationibus liquores, qui in principio, ac fine eliciuntur, minime colligendos eſſe, eo quod eductus in principio humor ſit mucilaginoſus, vel aqueus, & crudus, quem Chymici phlegma appellant: & elicitus in fine ſit aduſtus, & excrementitius, quod præceptũ quamuis vtiliſſimum ſit, nõ eſt tamen perpetuo verum: Nam quædam ſunt, quorum aquea illa ſubſtantia poſtremo educitur, vt in vino eſt manifeſtum.

Primi ac vltimi liquores proiiciendi.

m. Aqueam vero partē, & rerum
tura, & guſtus indicabunt.

Poſt deſtillationem, vt empyreu-
, ſiue ignei caloris veſtigia, quæ in
ſtillatis ineſſe ſolent, paulatim ab-
natur, phialæ, ſeu vaſa, in quibus
uores reconditi ſunt, aperta ali-
amdiu ſeruari expedit, ita tamen,
odor, ac vires euaneſcant, vel va-
optime clauſa (quod tutius eſt) in
co frigido, ac in arena humida col-
centur; frigidiores tamen, & prę-
tim balneo mariæ eductę aquę his
n indigent, imo in vaſe vitreo ne-
aquam ad ſummum pleno in ſole
nt collocādę, vel continens vas in
ena calēte immerſum per quadra-
nta dies detineatur, vt pars craſ-
r, & aqua abſumatur.

Modus abſumendi odorem cremati, vel fumi.

Si ſtillatitiæ aquę aliquando tur-
ntur, in cuiuſq; libram vnam vel
eram aceti gutta iniiciatur; vt cla-
cant.

Remedium turbationis aquarum.

Omnes ex balneo marię elicitę a-
ę, vt diutius conſeruari poſſint, o-
circiter dies ſub ſole poni debēt.

Aquæ deſtillatæ vt diutius cōſeruentur.

Artis

De artis destillatoriæ præstãtia, ac vtilitate.

Artis deſtillatoriȩ prȩſtantiam, ac vtilitatem quamplurima, & inſueta illius opera patefaciunt. Nam ex vnoquoque corpore quatuor illa rerum principia, quæ ab ortu natura permiſcuerat, ſeiungere docet; aquam in concreto vapore, aerem in oleo albicante, ignem in rubente, & terram in fœce, tenuiores rerum partes à craſſis, ac fæculentis ſepararare, impura, ac corruptibilia, ſyncera, ac incorruptibilia reddere, rerum vires quæ mole obrutæ ſuis veluti in loculis latent, puriores, ac tenuiores, & abſque vlla immundioris, ac craſſioris materiæ cõmixtione elicere demonſtrat. Deſtillatorum induſtria ſingulari quȩdam olea conficiuntur, quæ maximas poſſident vires, & eſſentiam adeo tenuem, vt celerrime ſuas exerant actiones, & corpora etiam valde denſa magna cum admiratione penetrẽt. Præterea ars hæc plãtarum vires, ac facultates inueſtigare, & melius, quam veteres guſtu cognoſcere facit; & non ſolum res puriores

iores, meliores, ac validiores red-
it, verum etiam in minimam mo-
em redigit, ad vſum magis accom-
nodat, & palatui iucundas facit, ita
t tanto variorum ſimplicium acer-
o in remediorum compoſitionibus
on ſit opus, vt manifeſtum eſt in ſa-
bus mirabili hac arte confectis, qui
x qualibet planta eliciti, ac in pau-
iſſima quantitate aſſumpti, effica-
ius, ac citius ſuorum ſimplicium a-
tiones exerunt, quam faciant illo-
um decocta, ac diluta in multa quā-
tate, & cum aſſumentium moleſtia
ngenti aſſumpta; vt iure dici poſſit,
rtem hanc vnam eſſe ex iis artibus,
uas Ariſtoteles *primo Rhetor.* indicat,
bi ait, multas ſupereſſe artes inue-
iendas, & nondum inuentas.

Salis vtilitas.

Salis vtilitas ab omnibus in multis
ognoſcitur; humanis enim corpo-
bus nihil ſale, & ſole vtilius eſſe ſa-
ientes arbitrati ſunt, propter illius
ngentia iuuamenta; ſine ſale vel lau-
iſſimi cibi fatui percipiuntur, immo
nter ciborum condimenta ſal pri-

R mum,

mum, præcipuumque locum obti-
net, eo quod vita, quæ humanum
quid magis habet, vt testatur Plini⁹
sine eo degere nequeat, adeoque est
necessarium elementum, vt intelle-
ctus ipsius transierit etiam ad anim
voluptates; ideo omnes iucundita-
tes, argutiæ, leporesque vocantur sa-
les, & prima quoque elocutionis cō-
dimenta sales dicta sunt. Sine sale vi
corporis salubritas custodiri potest
nam præter quam quod iuuat ad fa-
cilem ciborum cocturam, illos sap-
dos efficit, ita vt stomachus eos am-
plexando melius concoquat, ac i
conueniens alimentum transmute
ideo Galen. arbitratur *lib. de alimen.*
fac. optimum, ac saluberrimum es
illum panem, qui salis, ac fermen
habet plurimum, & peculiariter pr
cipit, vt senum panis salem recipia
Quod si loco salis communis sal al
synthij theriacale imponeretur, p
nis multis nominibus celebrandi
esset. Sal sua siccādi facultate putr
dini resistit, & quicquid in stom
ch

Panis, qui saluberrimus, ac optimus.

Salis facultates.

cho praui, vel crudi congeritur, concoquit, abstergit, absumitque: astringenti facultate ventriculũ confirmat, ac roborat, cibi descensum facilem reddit, & ad superfluitates excernendas naturam adiuuat, quæ omnia pro tuenda sanitate mirum in modum necessaria esse nemo est, qui ignoret. Sal à sacrificiis auctoritatem maximã recipit, quandoquidẽ solemne ac frequẽs fuerit non solũ in veri Dei, sed etiam gentilium Deorũ, sacrificiis sale vti. De his enim Plinius ait, nulla sacra confici sine mola salsa, de illis vero *in capite secundo Leuitici* extat præceptum: *Quidquid obtuleris sacrificij sale condies*; & rursum: *in omni oblatione offeres salem.* Ex quibus constat, verum esse illud, quod à Platone *in Dialogo de natura* asseritur, *sal Deo amicũ corpus*, quoniam sal est symbolum integritatis, & incorruptionis, ac prouidę innocentiæ; nam sal, vt experientia constat, atque Arist. *21. sect. prob.* docet, siccat, ac proinde incorrupta seruat quæcunq; eo condita

Salis vsus in sacrificiis.

Cur sal amicum Deo dicatur.

Prob. 5.

dita reponuntur; ideo inter pluress modos, quos Ægyptij habebant ser- uandi mortuos à putredine, vt dura- rent per secula, primus omnium, ac frequens à populo vsurpatus fuit, qui ex solo sale constabat. *Sal est Deo amicum*, quoniam est symbolum iustitiæ, ideo in antiquorum adagiis erat scri- ptum: *salem apponito*; quo admone- bant, iustitiam, & æquitatem in o- mni adhibendam negocio. Nam si- cuti sal quicquid tetigerit, siccat, & in eo omnem putredinem cohibet: ita iustitia animum à superuacaneis, hoc est, à peccatis immunem facit: cum reddat vnicuique, quod suum est, Deo, sibi, ac aliis. Quid mirum igitur erit, si sal eximiam, ac peculia- rem naturam est consecutus; siqui- dem in metallis nō est, quia non dis- soluitur calore, neque in lapidibus, quia dissoluitur aqua, neque in ter- ræ generibus, qui totus dissolutione abit in aquam, quamuis crassiorem: neque etiam aqua est, quia non ab- sumitur ab igne, sed vritur potius, vt terr-

Mortuos sale à putredine seruari.

Sal esse symbolum iustitiæ.

Salis peculiaris natura.

erra; ea propter videtur esse alterius
generis.

Accedit ad hæc in medica facul- *Salis facultates in medicina.*
ate salem admodum vtiliter vsurpa-
i; nam crassos, ac lentos humores
lementer purgat, ac stimulos tarde,
c imbeciliter purgantibus addit,
lystere iniectum pituitam vitream,
c lentam educit, flatus dissipat siue
xtra, siue intus abhibeatur. Sal est
ortissimum medicamentum ad a-
horas, admiscetur topicis psoras ab-
tergentibus, oculi maculas, pãnos,
oterygia, ac carnem putrem consu-
nit, cæterasque carnis extuberatio-
nes tollit, suggillata cum melle, & o-
eo discutit, lassitudines ex oleo illi-
us curat; tumoribus œdematosis ex
cachexia, vel hydrope ortis optime
nedetur, si cum oleo oliuarum, vel
chamæmelino, vel alio etiam cali-
diori, vt liliaceo, ac laurino partes af-
fectæ perfricentur; solus vel cum a-
iis appositus in sacculis dolores mi-
tigat; pruritus ex oleo, & aceto infri-
ctus ad ignem sedat, ex melle, aceto,

 & oleo

& oleo illitus anginam leuat, furunculos cum vua passa, vel suillo adipe, aut melle discutit tumores cum origano, & fermento maturius concoquit, ex seuo vitulino albidas capitis pustulas, thymos, ac tubercula curat, luxatis imponitur cũ farina, & melle; si quis igne vstus est, & oleo, cui sal inditum sit, ambustæ partes inungãtur, illi prodest: pustulas enim, seu vesicas excitari non sinit, illitus cum aceto, vel hyssopo sistit ignem sacrũ, & vlcera, quæ serpunt; aurium dolori imponitur cum aceto, attritis neruis, contusis, ac lapsis prodest.

Sal absynthij sale communi vtilius.

Quod si tot præstare potest sal cõmunis, sæpenumero impurus, ac terra permixtus; multo plura, ac maiori efficacia vtrumq; sal absynthij efficere poterit, qui est ab omni crassitie, ac impuritate immunis, de cuius saluberrimo vsu, ac mirificis facultatibus, nec non parandi modis cum scribere decreuissem, ea minime p̃stare posse arbitratus sum, nisi prius de absynthio ipso, à quo sal omnem

Absynthij tractatus.

suam

am vim recipit, natura, ac viribus
gissem, cuius tamen cum plura re-
enseantur genera, ac diuersa, erunt
riori loco ea explicanda, vt nosse
ossim⁹, ex quo absynthio sal absyn-
hij sit eliciendum; & quamuis Gale-
us pluribus in locis docuerit de no-
ninibus paruam sollicitudinem ha-
endam esse, dummodo rei essentia
ecte percipiatur, cum tamen cogni-
o nominis absynthij aliquid confe-
at ad indagandam eius naturam, ac
ualitates, non erit inutile nomen i-
sum explicare; ἀψύνθιον enim à Græ-
is appellatum est, quam appellatio-
nem latini retinuerunt, nomen suæ
aturæ conueniens, ac proprium ab
πτεσθαι, quod est, tangere, & manibus
ertractare, ac si primi illi nominum
compositores posteris dicere voluis-
ent, *nulla plantæ huius amaritudine de-
erriti, tangite vos eam, est enim tangibilis,
alpate, quia est palpabilis, & bibite, nam
st potabilis, & digna pro multis suis viri-
us, & gratia, & omnibus modis vtamini.*
ideo vsus illius fuit frequentissimus,

Absynthij nomina.

Absynthium cur dictum.

Absynthio veteres ad

plura vsos esse.

& inter paucas stirpes vtilissimus, auctore Plinio, cuius saporē non displicuit olim veteribus in vina transferre, ob illius vires, ac vtilitates. sacris populi Romani celebrata erat peculiariter hæc planta; nam non solum in sertis, ac coronis gerebant ipsi Romani speciositatis, ac odoris gratia, verum etiam potui exhibebant in latinarum feriis quadrigæ victori, arbitrantes valde honorificum esse loco præmij sanitatem dare, & quamuis à quibusdam Βαθύπικρον fuerit dictum, hoc est profunde, seu vehementer amarum, cum tamen istud haud fuerit ab vllo priscorum receptum, vel memoratum, & potius conueniat seripho, quam absynthio, veritati iam explicatæ non cōtradicit. Nam si absynthium esset insigniter amarum, qua ratione pecora Ponti illius pabulo pinguescerent, ac pulchriora redderentur, sicut Theophrastus, ac Plinius testantur? cum nullum animal amaris nutriri ex Medicorum doctrina sit manifestum, Absynthij

Absynthij nomen improprium.

Absynthij nomen esse proprium.

ita-

q; nomen ab omnibus perpetuo
obatum fuit, ac receptum, rei, quā
fert, naturam, vſum, ac proprieta-
s exacte explicans, non autem per
riphraſim, ſeu contrarium ſenſum
poſitum, vt Fuchſius, Dalecham-
us, & nō nulli alij exiſtimauerunt.
t quamuis abſynthio alia fuerint
dita nomina, minime natura, ac
ribus ipſum diſſentaneum faciunt;
d aliud alio præſtantius indicant;
citur enim vulgare, ponticum, &
manum.

Adiectitia abſynthij nomina.

Ponticum, vt ab hoc initium ſu-
am, dictum eſt à loco ſui fælicioris
ouentus, nam in Ponto regione,
oximiſque locis præſtantiſſimum
ſcitur propter terræ, ac aeris pecu-
rem quandam naturam, ac vim,
quamuis aliis in locis oriatur ab-
nthium forma, ac qualitatibus pō-
cum referens, appellatur tamen
onticū, eo quod ex ponto primam
bi nomenclaturam aſciuerit, & Pō-
is ſit proprium, ac peculiare ſolum,
quo præſtantiſſimum naſcitur; a-

Cur Ponticum ſit dictum.

liis vero in locis pōtico inferius nec
specie ab eo diuersum, nam sicut pō
ticum odore, ac sapore siculum su
perat; ita & siculum parthonopoeo
& niritico præstātiores dotes habet
& quod ex romanis ruinis decisum
in hortis plantatum est, non solum
speciosius euadit, sed & intentiore
qualitates acquirit. Ruderibus enim
prouenïens, alimenti inopia tenu
admodum, & qualitatibus omnibu
debilius existit. Ponticum autem ab
synthium cęteris pręstat, pręcipue o
doris gratia, ac saporis acrimonia; n
multam habet ex partibus terreis, &
frigidis astrictionem cum amariti
quadam, quæ cum acrimonia, odo
risque suauitate iuncta absynthium
gustui nō admodum ingratum red
dunt; cætera vero quanto magis a
his qualitatibus recedunt, tanto illi
inferiora sunt. Quod si loci natur
& cultura absynthium folia habue
rit maiora, & tetro spiret odore, &
dempta acrimonia, astrictioneq; di
minuta sapor amarus vehemēter in

Ponticum cæteris præstare.

Santonicū simile absynthio.

ter

datur, non amplius erit abſynthi-
, ſed ſantonicum, quod quidem
o ad formam eſt valde abſynthio
ile. Ideo negandum non eſt, loci
ura intendi qualitates abſynthij,
remitti poſſe ſeruata ſpecie, & ſi
erationis metas tranſierit magis,
am abſynthij natura perferre poſ-
ex tali mutatione, vel alteratione
tranſmutationem alteriuſq; ſpe-
ei ordinem cedere.

Abſynthij qualitates intendi, ac remitti poſſe.

Et vt ad illud, quod potiſſimũ ex-
care decreuimus, redeamus, ex
n enarratis perſpicuum eſſe exiſti-
o, abſynthium ponticum fuiſſe ap-
llatum à loco ſui præſtantioris or-
s, non autem (vt aliqui perperam
iſtimauerunt) ab aſtringenti, ac
ptico ſapore, quem ponticum au-
ores arabicæ familiæ appellare cõ-
euerunt, cum ſapor acerbus, ſeu a-
ingens ponticus minime dicatur.

Cur abſynthium põticum ſit dictum.

Romani etiam nomen illi aſcri-
um eſt ex ignorantia interpretum,
ui Arabum ſcripta latina vertentes,
uod ipſi *rumi* dixerunt, hoc eſt, græ-
cum,

Romanum dici nõ debere, ſed græcum.

cum, ipsi romanum perperam verte-
runt, vt patet in Halyabbatis inter-
pretatione syncera, vbi verbum *rum*
græcum vertitur, vt etiam ex Bellu-
nensis interpretatione, & Garziæ ab
horto annotatione, manifestum est.
Arabes enim cũ fuerint optimi græ-
corum imitatores, & præcipue circa
materiam medicam, quod græci *pon-
ticum*, illi *rumi* dixerunt, illud idem in-
telligentes, quod græci fecerunt.

Ponticum absynthium vulgare dici non debet.

Quod autẽ dixerit Dioscorides ab-
synthium esse herbam, seu rectius lo-
quendo plantam vulgaris notitię, o-
id absynthium ponticum, vel pontı-
ci generis, vulgare dici non debe-,
quia etsi ponto, ac finitimis regioni-
bus vulgare fuerit, non sic vbique, si-
cut & alia absynthij genera aliquib-
& non omnibus locis vulgaria sunt,
vt santonicum Gallis, & seriphium
maritimorũ locorum incolis vulga-
re existit; multa enim alia sunt sim-
plicia, quæ quibusdam in locis co-
piosa, ac passim oriuntur, & omnibus
innotescunt, quę tamen vulgaris no-

ine designari nō debent. Ideo vul-
ris nomen cum sit æquiuocū, pon-
o proprie non cōuenit, nec illi est
culiare.

Circa absynthij genera diuersæ
nt auctorum sententiæ; Platearius
im duo, Simon Ianuensis quatuor,
uicennas quinque, vel sex, Gale-
us cum Dioscoride, Plinio, ac Se-
pione tria esse statuit, cuius diuer-
atis causa fuit aliqua dissimilitudo,
iam plantæ absynthiorum habent
inuicem, & similitudo, quam aliæ
antæ ad absynthium obtinuerunt.
atura enim adeo nouas in dies no-
s producit eiusdem speciei diuersi-
tes, & diuersarum specierum simi-
udines, vt certa de iis doctrina vix
beri possit, nisi sub quibusdam ge-
eribus reducantur. Nos tamen in-
xi auctoritate Dioscoridis, ac Ga-
ni, qui hac in re, vt in mille aliis, cę-
ros arte, & doctrina facile supera-
it, cum clarissimis etiam ætatis no-
æ Medicis, tria duntaxat germa-
a, ac vera absynthij genera reperiri
asse-

Absynthij plura genera.

Tria esse tantū vera absynthij genera.

asserimus, quorum vnum eodem ge-
neris nomine absynthium, alteru-
marinum, seu seriphium, & tertiu-
santonicũ appellatur. Sed quonia-
delineatio, ac descriptio Pontici ab-
synthij à Galeno relata videtur nō
leuiter differre à figura vulgaris no-
stri absynthij, merito à plerisq; con-
trouertitur, vtrum absynthium com-
mune, ac omnibus notum sit idem
cum Pontico. Cui dubitationi pe-
tissimi viri satisfacientes, asserunt
absynthium vulgare, & quod gene-
ris nomen retinuit specie minime
pōtico differre, quamuis faciem ex-
ternã aliqualiter dissimilem habeat
eo quod faciei sola dissimilitudo n
sufficiat ad variandam speciem, s
duntaxat facultatum, ac naturæ d
uersitas, nam ponticum absynthiu
est simile santonico quo ad forma
externam, valde vero dissimile, qu
ad eius facultates, & vires. Absy-
thium pōticum oriri in Asiæ Tau-
monte testatur Dioscorides, in Tr
siluania, Hũgaria, ac Bohemia Ma
thi

Ponticum idem esse specie cum vulgari.

Quibus in locis ponticum oriatur.

iolus. In Sicilia, ac tota Creta, Grę-
a, Syria, Ægypto, Calabria, Ro-
anisque ruinis Rocardus, in Flan-
ria, aliisque non nullis locis Pater
Quatramius, & in mõtibus Senarũ,
c ad vrbem versus copiose. Quidã
x familia Beati Ioannis Columbini
fferit, & nos scim⁹ in quamplurimis
aliæ viridariis Pontici veri plãtam
aberi, vt Neapoli, Pisarum, Patauij,
ononiæ, Veronæ, ac Lucæ, ex qui-
us omnibus ramusculum habui nõ-
ullorum amicorum industria; qui
uidem aliqualiter dissimiles sunt fi-
ura ratione diuersitatis locorum,
errarũ, ac culturæ, quamuis in quali-
atibus saporis, ac odoris cõueniant.
bsynthij figuram, seu faciem de-
cribere Dioscor. omisit, ob eius vul-
aris notitiæ rationem, cum tamen
n plantarum nominibus, generib⁹,
peciebus, numero, substantia, tem-
ore, regione, similitudinibus, aliis-
ue multis explicandis diligentissi-
nus fuerit; nos tamen partim ex di-
ersis aliarum plantarum descriptio-
ni-

nibus, in quibus absynthij compara-
tione vtitur, partim ex Galeni me-
thodo illius figuram adamussim ex-
primere possumus.

Absynthij delineatio. Absynthium igitur generis nomi-
ne appellatũ sarmentosum est artt-
misiæ modo fruticosum, minoribu-
tamen, tenuioribusque foliis, ac r-
mis ex Dioscoride *cap. de Abrotano* ...
& maxime ponticum, quod est tum
flore, tum folio longe quam cætera
absynthia minus, vt docuit Galenu-
lib. 11. meth. cap. 16. cui pontico ine-
se etiam odorem non insuauem, aro-
maticum quid proferentem, asseri-
cũ reliquis omnibus odor fœdus i-
sit: præterea ponticum non modi-
astringere per eum cõstat, cætera v-
ro vehementer admodum esse am-
ra, & nihil, vel paucissime admodu-
astringere; quare ea vitanda esse, p-
tico vero vtendũ suadet. & quonia-
quo ad effigiem siue figuram sant-
nicum est valde absynthio simile, n-
error aliquis in delectu absynthij c-
mittatur, confugere debemus ad e-

Quibus notis santonicum absynthium non esse, cognoscatur.

ru-

um qualitates; nam cognitio plan-
arum, quę à qualitatibus percipitur,
erfectior est, ac tutior. Nam, vt su-
rá etiam diximꝰ ex Galeno, astrin-
ens facultas est valentior, quam a-
nara, santonico vero, ac etiam mari-
o amara qualitas est vehementissi-
na, astrictio vero aut plane nulla, aut
rorsus obscura percipitur. Odor
bsynthio non modo suauis, verum
tiam aromaticum quid prę seferēs,
liis vero plane est fædus. Præterea
x aliis quibusdam etiam possumus
olligere horum absynthiorum dif-
erentiam; nam absynthium expo-
cit potissimum loca montuosa, atq;
grestia; santonicum vero magis ex-
ultos locos, ac hortos amat. Hoc et-
arthemisię foliis, & toto habitu ali-
uanto minus existat, pressius tamē
anc exprimit, quam illud, crassis e-
im, & incanis ramis frutificat san-
onicum præ molli quadam medul-
plenis, illud vero tenuibus lignosis
brotoni modo, sed minime inca-
is, nisi prope extremitates, cum ma-
S xime

xime adolescit, quib⁹ minutiora hæ-
rent folia, tenuiusque ac profundius
incisa; grauem odorem, virus, ac
hircum referentem santonicum spi-
rat, saporemque multum amarum
cum leui quadam nitrositate refert;
absynthium vero cum odoris gratia
acrimoniam nõ leuem, & cũ amari-
tudine multam astrictionẽ mixtam
habet, madentique thymum fere re-
ferre videtur. Santonicum à produ-
ctione sui seminis marcescit; absyn-
thium vero semper viret, speciosa al-
bicante coma. Illud etiam in Ponto,
& tota fere septẽtrionali Asiæ parte
copiosissimum prouenit, quo pecora
pinguescunt; hoc vero in Gallia fœli-
cius nascitur, nullumque animal eo
pascitur, tantum abest, vt pinguescat.
Et quamuis contra Galeni assertio-
nem sacræ litteræ pluribus in locis
inferius recensendis absynthijs insi-
gnem amaritiem asscribant, & cum
spiritu sancto sint exaratæ, vera et-
iam circa naturalia enuncient, asse-
rendum tñ est, non de primo absyn-
thi-

thij genere ob præſtantiam pontici dicti ſacrã hiſtoriam intelligere, ſed de aliis, marino videlicet, & ſantonico, quæ amariſſima ſunt & valde guſtui ingrata, nec non ventriculo, ac capiti noxia.

De quo abſynthij genere ſacræ literæ intelligant.

Tribus iam explicatis abſynthij generibus tria alia, vel quatuor addiderunt recentiores. Lobelius abſynthium arboreſcens; Anguillara abſynthiũ del Comaſco, vulgari non ita foliis, ac flore diſſimile, ſed fruticis arborei habitu, abrotoni modo ad hominis proceritatem aſſurgit, candidiore, ac minore paulo folio ſemper virente, guſtu amaro, aromatico odore nõ ingrato. Cluſius aliud receſſet ipſi ſoli cognitum, abſynthium albũ vocatum folio Chryſanthemi diuiſura, arthemiſiæ marinæ cõcolori in cauliculo dodrantali, flore albo parthenij in vmbellis è ſenis foliolis, guſtu ſubaſtringens, & non nihil amaricans. Dodonæus etiam proponit abſynthium quoddam, ꝙ anguſtifolium vocat, ꝙ ex abſynthio,

Abſynthiũ arboreſcẽs ex Lobelio.

Abſynthiũ del Comaſco ex Anguillara.

Abſynthiũ album Cluſii.

Abſynthiũ anguſtifolium Dodonæi.

 & la-

& lauãdula cõfusis miscellanea quædam stirps videtur, cauliculi illius lignosi teretes vt absynthij flores similes, atque eodem quidem ordine, sed minores, folia vero oblonga, incana, qualia lauendulæ, odoris est non ingrati, lauendulam obscure referens, plerique tamẽ absynthium santonicum esse volũt, alij arthemisiam marinam. Sed his omissis ad explicãdas absynthij facultates, ac vires, accedamus. Quæ vt ratione, ac methodo perquiramus, *ab eius sapore, & odore* argumenta desumenda erunt, cum ex his, vti ducibus, ad temperamenti, ac facultatum non solum absynthij, verum & aliarum plantarum cognitionem perueniamus.

Qua ratione facultates absynthij, ac aliarũ plãtarum inueniantur.

Diximus autem in absynthio exiguum saporem amarum, maiorem vero astringentem, & cũ planta creuerit, ac semen habuerit, acrimoniam percipi, quæ etiam concomitatur odor nõ insuauis aromaticum quid expirans. Ex quibus nos facile elicere possum⁹, absynthium primo recess-

Absynthiũ primo gradu calefacere secundo siccare.

ecessu excalefacere, & secundo cõpleto, vel tertio inchoante siccare, & quamuis ratione astrictionis, quæ est sita in frigida, ac terrestri substantia, quæ habet vim cõtrahendi, densandi, ac repellendi, deberet frigiditas cum predictis facultatibus excellere; quia tamen planta amara est, acris, & odorata, quæ omnia caliditatem cum partium tenuitate attestantur, fit, vt caliditas dominetur astrictione superata ab amara, acri, ac odorata qualitate. & quoniam he qualitates refranguntur, ac remittuntur ab astringenti qualitate, fit, vt illius caliditas à temperamento modicum quid recedat, & ad primum duntaxat gradum, seu ordinem caliditatis perueniat, cum autem omnes qualitates congruant, astrictio, amarities, & acrimonia ad progignendam siccitatem, non est mirum, si tertium siccitatis gradum attingat, cuius sententiæ fuerunt Galenus, Paulus, Auicenna, Mesue, vt illorum verba indicare videntur; nam ipsi Arabes ab

Lib.6. simpl. Lib.7. ser.1.

ſynthium in ſecundo gradu compleato, Græci vero incheante tertio ſiccum eſſe ſcriptis tradiderunt.

Aliæ abſynthij facultates.

Quo autem ad eius qualitates ſecundas, ac tertias, quæ variæ, ac admirabiles reperiuntur ratione partium diſſimilarium, quibus conſtat, ratione amaritiei, quæ exigua, vel moderata in ſuperficie ſita eſt, modicam abſtergēdi facultatem poſſidet, inſignem vero cætera abſynthia ob vehementiſſimā eorum amaritiem, cuius ratione non tantum vulgo, ſed etiam ſacris litteris ſunt celebria: ait enim Ieremias: *Ecce cibabo populum iſtum abſynthio. In Prouerb.* ſcriptum eſt: *Non intendaris fallaciæ mulieris, Fauus enim deſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouiſſima vero illius amara ſicut abſynthium.* Et *in Apocalypſi: Et facta eſt tertia pars aquarum in abſynthia, & multi hominū mortui ſunt de aquis, quia amaræ factæ ſunt.* ¶ Abſynthium etiam ratione abſterſionis & aſtrictionis ſordes tunicarum ventris detergere ex Galen. *6. de ſan. tuen.* & ab humo-

De amaritie abſynthij ſacræ litteræ, Cap. 9.

Cap. 5.

Cap. 8.

oribus tenuibus, ac biliosis leuiter
xpurgare *lib. de comp. med. loc.* & per
gestionem infernã propellere po-
est *lib. 7. meth.* præcipue si in sero ca-
rino decoquatur, & per triduum
xhibeatur, vel etiam per vrinas bi-
em in venis cõtentam euacuare *lib.*
simpl. cap. de absynthio: & tertiana ex-
uisita laborãtibus cum mulsa dilu-
um exhibere conducit, cum notæ
oncoctionis apparẽt; est enim sum-
um remedium mordicationũ sto-
achi, quę à bile proueniunt, & prę-
rtim si ex ipsi⁹ coma quantum suf-
ciat, quis accipiens melicrato in-
nxerit *lib. 10. ad Glauc.* cum eam per
luum eiiciat, & os ventriculi ratio-
e astrictionis corroboret, vt eos et-
am, qui ex vitiosis succis os ventri-
uli vellicãtibus animo linquuntur, Cap. 9.
euocet, ac semimortuos reuiuisce-
e faciat, *lib. 1. ad Glauc.* Eiusdem ab- Cap. 14.
ersionis causa acrimoniæ iũctę mo-
ice crassitiem humorum, qui in ve-
is continentur, incidere, & menses
liqua ex parte ciere potest. Ratione

acrimoniæ, cum ea non ſit inſignis;
detergere, apetire, incidere, & atte-
nuare valet. Ratione aſtrictionis re-
pellendi facultatem aliqualẽ, & cor-
roborandi ventrem præcipue habet,
quam actionem non iniucundus o-
dor etiam adiuuat; ſicut enim gra-
ueolentia omnia ex Galen. *8. de comp.* (Cap. 3.)
med. per loc. ſubuertere ventriculum;
ſic odorata corroborare ſolent; gra-
tum vero, & amicum ſtomacho eſſe
aſſerit *lib. 6. ſimpl. cap. de Abrotono* ob il-
lius aſtrictionem.

Et vt omnia, vel ſaltem potiora,
quæ de illo ſcripſit Galen. ac alij gra- (Lib. de optima ſecta ad Thraſyb. cap. 17.)
uiſſimi auctores, paucis complectar,
ventriculi intemperiem, ac imbecil-
litatem remouet, ſi ipſum cum ab-
ſynthio, & oleo crudo perfundatur,
vt *lib. 8. de comp med.* & *lib. 7. meth.* ſcri- (Cap. 3. Cap. 4.)
ſit Galenus: denſando enim, & com-
ſtringendo roborat, & quamuis *intus*
acceptum repurgare poſſit, foris tamen
admotum non poteſt, cum ſit com-
poſitum ex amara, acerbaque facul-
tate ex *lib. 5. ſimpl.* Quod ſi multa pi- (Cap. 12.)

tuit

...ita in ore ventriculi fuerit aceruata; conducit fouere plurimum oleo, ...quo absynthium ebullierit *lib. 1. ad Glauc.* Alibi vero dicebat Galen. *si humor quispiam in ipsis ventriculi tunicis cõ...netur; cuius ratione nausea vexetur ina...; & sine vomitu, tum absynthium, tum ...er ...illis auxiliatur. Quod si ventriculus ...pter mali succi redundantiam fluxione ...boret, ea primo est purganda lib. 7. meth. ...inde ad ventriculum accedendum; pror...s enim* (inquit) *cum plures iam dies dela...a in eum superuacua sint, aliquid vitij ex ...ralitia eorum contraxit; itaq; non intem...estiue qui ita laborat, absynthij potione v...etur;* Et *ibidem infra* ait, *cum humor nec ...ntus, nec crassus ventriculo infixus fuerit, ...loneum præ cæteris est, si mulsa in qua co...tum fuerit absynthium, bibatur; nam id ...uoq; tenues succos, quicunque in ipsius vẽ...riculi ore continentur, commode seorsum ...mpellit.* Tertianæ nothæ curationem tradens, *lib. 1. ad Glauc.* post septimam iugiter absynthij comam dandam esse scriptum reliquit; & *lib. 8. meth.* docens curare diariam febrem

Cap. 14.

1. de loc. aff. Cap. 4.

Cap. 11.

Cap. 10.

Cap. 5.

ex diarrhœa à cruditatibus ortam, scribit; *si multa inanitio facta sit, & ipsa amplius nō perseueret, virtute iam defessa, consulendum est ventriculo fomento, seu stillicidio ex oleo, & absynthio: quod si quis morsus, aut doloris sensus in ventriculo adhuc supersit, amiciri penicillo post fomentum debet, qui vel calidus sit, & siccus, vel ex oleo, in quo absynthium incoctum fuit, madens, ac plurimum expressus.* Insuper iecoris, ac ventriculi inflammationibus succurrere scribit *lib. 11. meth.* si oleo, in quo incoctum fuerit, partes illorum extremę perfundantur; nam, vt testatum reliquit *libro de remed. parat. fac.* si in curandis his vtatur quis solis relaxantibus, vitæ adducet discrimen, quod facillime vitatur, si eorum, quibus est adstringendi facultas, aliquid his semper adiiciatur, seu oleo locum fouens, vel admoto cataplasmate cures, ex quorum numero est absynthium; & si dolore, grauitate, ac tensione premantur dictæ partes, si liquor, in quo ipsius coma macerata fuerit,

pro-

ppinetur, adiumento erit, & non
um iecori, ac ventriculo infirmis,
rum etiam lieni flatuoso tumore
ecto magna vtilitate exhibetur *lib.*
meth. Tandē & teretes lumbricos *Cap. vlt.*
erimere scribit *eodem libro*, quod
us amaritiei acceptum referendū
t, & *libro de theriaca ad Pisonem*, mul- *Cap. 15.*
quartana laborantes à morbo vē-
casse, hac artis semita vsus, asse-
; vt postquam vltimo cœnassent,
euomerent fecisse: deinde secun-
die succum absynthij bibendum
dedisse, quo bilem contempera-
, ac veluti edulcoraret. *In consilio*
ioq; *de puero epileptico* pro ipsa epile-
ia absynthium cōmendat, & in cu-
tione flatuosi tumoris *lib. 2. ad Glau.* *Cap. 5.*
adat locū absynthio primo esse p- *Quibus affectibus extra adhibitū succurrat.*
ndēdum. Multis aliis malis absyn-
ium succurrere, & ex illius vsu in-
entes vtilitates emanare, manife-
im erit, si Dioscoridem, Plinium,
Mesueum perquiramus, vt non sit
irū, si antiquitus habitum sit in fre-
uentissimo vsu, quod non solum ad
pro-

profligandos morbos valeret, verum etiam ſanitatem cuſtodiret. Angini itaque cum melle & nitro inungitur, aduerſus epynictides ex aqua valet, ad ſuggillata, & oculorum caligines ex melle illinitur & illorum claritati multũ confert, aurium ſaniem extergit appoſitum, dentium, aurium q; dolores decoctum vaporis ſuffitu compeſcit, decoctum cum paſſo dolentibus oculis oblinitur, præcordiis, iecori, ac ſtomacho dolenti, lõgoque tempore affecto cum cerato cyprino tritum, ſuccurrit, ſtomacho vero cum roſaceo ſubactum, thoracem purgat cum iride ſumptũ, vulnera recentia priuſqam aqua tangantur, & capitis vlcera impoſitum ſanat; peculiariter ilibus imponitur cum cypria cera, aut cum fico: ſanat & pruritus, ſomnum allicit olfactũ aut ſub capite impoſitum, partibus attritis vel contuſis cum melle, vel vino, & pauco cymino, vel cum oleo roſaceo à principio, poſtea cum amygdalino, cymino, & cera calefa-

ctum

um, & appoſitũ mirum in modum
nferre multis experimentis com-
obauimus: ſi vino, vel aqua, cui ab-
nthium cum radice cucumeris a-
eſtis incoctum fuerit, ſpõgia mer-
, & expreſſa temporibus alligetur,
emicraneam ſanat. Auris ſuffita vi-
o, vel aqua, cui incoctum ſit abſyn-
ium, tinnitu, ac ſurditate libera-
r. Acetum, & vinum, in quo deco-
um ſit abſynthium cum cortice ci-
, oris fætorem à gingiuarum, vel
ntium putredine ortum emẽdat;
idem præſtat aqua illius ſtillaticia.
oſtremo ex Auctore quodam ſele-
iorum remediorum, abſynthium
preſſum in vino, & per nares attra-
um, cerebrum euacuat.

Si quis vero cupiat ſcire vini ab-
nthites vires, operationes, ac va-
as illud conficiendi rationes, legat
ioſcoridem *lib. quinto cap. 40.* Aeti-
um, *lib. 3. cap. 59.* & Arnoldum Villa-
ouanum, qui *ad extremum libelli de
nis*, hoc ipſum copioſo elogio illu-
rauit.

De vino abſynthij auctores.

Quæ

De præstãtia, ac efficatia salis absynthij.

Quæ de sale simplici, & absynthi quique peritissimi Medici pollicen tur, & nos longiori fortasse oration persecuti sumus; sal nostrum absyn thij non solum præstat, si recte pare tur; verum etiam alia multa, ac m iora ratione tenuitatis ipsi⁹, ac elab ratæ artis, eximiis suis viribus effici cum in cinere, seu calce pars crassi absynthij omni impuritate semot ac in stillatitio liquore pars tenuic relinquatur, in quibus omnis absyn thij vis est sita, vt subtilissimus ille a canorum naturæ inuestigator, & a tis destillatoriç peritissimus Ioanne Baptista Porta Neapolitanus ex in numeris periculis factis de sale e qualibet re elicito, probat, & no solum eas rerum vires, ex quibus ex tractæ sunt, verum etiam auctiore seruare asserit; quod & rationi e cõsentaneum; nam ratione ignis c mnis excrementitius humor in qua libet re consistens absumitur, qu præterquam quod maiorem acqui rit perfectionem, ac tenuitatẽ, mul

illius moles in pauca admodũ re-
gitur; vt non ſit mirum, ſi in mini-
o quanto magna vis inhæreat.

Salis abſynthij facultates.

Cum igitur ſal abſynthij ſicut ab-
nthium ipſum duplici conſtet ſub-
ntia, extenuante ſcilicet, & aſtrin-
nte, craſſa, ac tenui, habet vim
lefaciendi, ſiccandi, abſtergendi,
tenuandi, diſcutiendi, expurgan-
, aſtringendi, reprimendi, ac cor-
borandi, & propterea quicquid
corporibus ſuperuacaneæ humi-
tatis reperitur, ipſam digerit, &
ſumit, parteſq; oẽs, & præſertim
incipes aſtrictione cogit, & cor-
borat, humores craſſos, ac lentos
ventriculo, ac meſenterio exiſten-
s extergit, ac blande purgat, fla-
s efficaciter diſſipat, & dolorem ſe-
t potiſſimum, ſi cum vntiis tribus
llatitiæ aquæ, & cum ℈. I. ſeſeli æ-
iopici, ſeu ſileris montani, & ℈. ſ.
rdi facta leui decoctione ʒ. I. il-
us offeratur, & ex acerba, ac amara
nul ſubſtantia vẽtriculi ſuperficia-
as partes denſando, ac conſtrin-
gen-

Pro flatibus, ac dolore.

Partium corroboratio, & calefactio.

gendo, ipſum labefactatum, ac inte-
perie frigida; vel etiam humida la-
borantem confirmat, roborat, cale-
facit, & ſiccat, ſicut & iecur, aliaqu-
præcipua membra roborare valet; a-
mara enim eius qualitas iter acerbi-
tati parat, vt ad partes firmandas pe-
tingere poſſit; nam quæ acerba ſunt
tantum, cum non valeant intus ſub-
ire, obſtruunt, ac lædunt. Prætere-
ſal abſynthij ratione ſuæ naturæ fi-
vt peculiariter vẽtriculo admodum
gratũ, ac familiare experiatur, quo-
ſal aliorum abſynthiorum præſta-
non poteſt, quorum odor eſt fædu-
& ſtomacho infenſus, ſicut ſunt
cætera fætida, ac viroſa; ideo Lucre-
tius hæc abſynthia tetra appella-
dum ſcribit:

Ventriculo eſſe amicũ.

Abſynthia tetra medentes cum dare conantur.

Et alibi,

Sed veluti pueris abſynthia tetra medentes.

His addamus, quod ſal abſynth-
concoctiones adiuuat, ſi ſummo m-
ne illius ℈. 2. vel etiam 3. in iure pu-
exhibeantur, cruditates detrahit, d-

Ad cruditates inappetentiam nauſeam.

iecta-

ctam appetentiam mirum in mo- *Lienteriam.*
um reuocat, nauſeam tollit præci
ue maris, ebrietatem præaſſumptũ
rohibet, ac lienteriam ab intempe-
ẽ frigida, ac humida ventriculi, vel
iam cum humore pituitoſo, & fri- *Calori natiuo, & naturalibus actionibus opitulari.*
do ortam ſanat, ſuis optimis quali
tibus, ac partium tenuitate natu-
am noſtram plurimũ adiuuat, dum
on ſolum ſpiritus reſtaurat, & par-
s adſtrictione roborat, ſed & calo-
moderato, calorem natiuum viui-
cat; ex quo fit, vt naturales actio-
es fælicius perficiantur. Abſynthi- *Ad putredinem.*
m & multo magis eius ſal habet pe-
uliarem vim reſiſtendi putredini;
c ab ea homines immunes redden-
i; nam experimento quotidiano
ompertum eſt, abſynthium ſiccum
annis interpoſitum eos à tineis, ac
ermibus, & ſalem carnes à putredi-
e tueri. Ideo in cuſtodia, ac cura *Peſtem præcauere, ac ſanare.*
one peſtis plurimum valet, quia
ræterquam quod omnẽ arceat pu-
edinem, ex qua omnis *fere* peſtis o-
inem ſuam vim deleteriam recipit,
T cor-

cordi robur confert, ipſumque mu-
nit aduerſus peſtilētum morborum
iniurias; & ideo ſi ſcrupulus, vel et-
iam drachma illius in vino genero-
ſo, alioue liquore peſte affectis quã
primum exhibeatur, vt in *lib. meo 2.*
de Peſte ſcripſi, & pannis calidis, alia-
ue arte ſudor prouocetur, & optime
abſtergatur, deinde cibis optimi ſuc-
ci, ac celeris nutritionis ægrotantes
reficiantur, ac in alium lectulum po-
nantur, illi ab omni peſtilenti affectu
immunes redduntur. Et quoniam
Principes, & Magnates inter tot hu-
ius ſæculi fælicitates, impiorum, ac
maleficorum hominum inſidiis ſub-
iiciuntur, vt illorum nequitia, ac cal-
liditate nonnunquam venena in ci-
bis, vel potibus recondita accipiant,
cum parum ſecuritatis illis pręſtet il-
la cautio, vt miniſtri edulia, ac potus,
qui proponuntur, prius deguſtent;
propterea qui in tali ſuſpicione ver-
ſantur, vt tutius ſibi ipſis conſulere
poſſint, ſemper aliquid aſſumere de-
berent, quod venenorum vires re-
tun-

A venenis præſeruare.

ndere, ac inefficaces reddere que-
t, vt summos Imperatores, Mi-
ridatem, & Neronem fecisse litte-
rum monumentis scriptum est.
uia tamen alexipharmaca, alexi-
riaue proprie nuncupata, aliquid
neni continent, & exposcunt cor-
s satis purum, nec repletū, vel ob-
uctum, crudisue succis refertum,
ut vsu venenis prosunt, ita & sanis
esse possunt, ideo illa duntaxat in
admitti debent, quæ corpus præ-
are, ac partes principes roborare
ent, inter quæ cæteris salem ab-
thij, præferendum esse nos cense-
s, præsertim si cibaria eo cōdian-
, nam prætorquam quod medica-
ntosa facultate careat, & cibos in-
undos haud reddat, nec per se as-
nptus nauseam, vel inappetētiam
at, sicut cætera medicamenta fa-
e consueuerunt, omnem etiam
berātem humiditatem absumit,
qua venena semper deteriora, ac
iora fiunt, & cor adeo firmat, vt
caciter venenum arcere, ac reii-
 cere,

cere, vel ab ipso, si sit insigne, minus
lædi possit. Nec solum munire sal hic
corpus aduersus venena, sed etiam
aliquibus auxiliari potest; nam Ixiæ
à cicutæ venenis cũ vino præsertim
maluatico ad drachmam vnam sum-
ptum aduersatur, contra haustum
opium cũ aceto mulso bibetur, mu-
ris aranei morsibus, draconis mari-
ni, scorpionum, & scolopendræ cum
vino, vel etiam cum melle, & aceto
succurrit: aduersus vesparum, &
crabronum ictus cum seuo vitulino;
morsui etiam animalis rabidi opti-
mum medicamentum censetur, præ-
sertim si cum cæpa, vel iuglandibus
nucibus, allio, & melle apponatur:
strangulationibus etiam fungorum
venenosorum, si ad ℥. s. cum ℥. iij. a-
ceti styllitici propinetur, mirum in
modum subuenit.

Quibus venenis, ac morsibus venenosis confe-rat.

Qui nimis obesi, & corpulenti
sunt, præterquam quod velut in cõ-
pedibus, vel in molestissimum car-
cerem coniecti, propriis, ac ciuilibus
munerib⁹ minime fungi, vel magni

Ad obæsitatem & corpulentiam nimiam.

cur

um difficultate, possint, ad progi-
nendam sobolem sint inhabiles, ac
tius intereant: quamplurimis exi-
alissimis affectib⁹, syncopi, asthma-
, cordis palpitationi, fractioni ve-
arum, febribus malignis, apople-
æ, paralysi, suffocationi, ac instan-
neæ morti exponuntur, à quibus si
istodiri, si eorum corpora, ad habi-
m salubrem, ac moderatum resti-
ii debent, vt fæcundi fiant, & lon-
orem vitam degãt, necesse est, exi-
iam eorum humiditatem absume-
, ac siccare, sudorem, ac vrinam
ere, vasaque obstructa, seu astricta
serare, quæ omnia quamuis mul-
medicamenta efficere possint, tu-
us tamen, ac iucundius sal absyn-
ij per aliquot hebdomadas cum
onuenienti victus ratione vsurpa-
s, præstabit.
Sanguinis enim missio, & purga-
o, quæ cæteris malis adiumento es-
consueuerunt, pro curanda po-
sarcia sunt inutiles, ac periculo-
, & medicamenta exterius adhi-
 bita

bita ęgerrime intus subire valeant.

Ad articulares dolores omnes.

Cum ad podagram, chiragram, i- schiadem, ac cæteros articulorũ do- lores excitandos, duo potissimũ con- ueniant, articulorum imbecillitas, & alicuius humoris fluxio; nam vt te- statur Galen. *lib. 6. aph. vbi sola intempe- ries articulos vexat, non fit arthritis, non fit dolor vllus*, quia *si dolor induci debet, ne- cesse est, vt solutio continui fiat, solutio au- tem cõtinui nequaquam potest fieri sine flu- xu materiæ*, præsertim cum perseue- rat, quæ materia vt in pluribus sole- esse humor crudus, & pituitosus ge- nitus in ventriculo imbecilli frigida- ac humida intẽperie affecto, qui au- xilio portiunculæ bilis vel alicuiu- serositatis per venas deductus ad ex- trema membra, articulares dolores parit, propterea ad horum sęuissimo- rum dolorum præseruationem, ven- triculi in primis cura est habenda, & illius intemperies auferenda, & arti- culi corroborãdi veniunt. Ad quæ p- agenda nil præstantius est sale absyn- thij, qui ventriculũ calefacere, exsic-

Solam intemperiem non facere dolores articulares.

Ad dolorẽ inferendũ quid requiratur.

Doloris articulorum causa.

Dolorum articulorũ præseruatio.

ca-

are, & confirmare, si quid aliud, po-
est; præsertim si in cibis frequenter
sumatur, & cum oleo aliquo mix-
ũ articulis ad formã cerati appona-
ur. Nam ad curationẽ, & præserua-
onẽ articulorum dolorũ semper a-
quid astringens partib9 affectis ad-
ibendũ est, vt firmatæ minus recipi-
nt, & fluxã materiam magis excute-
e valeant. Ideo Io. Manard9 vir ge-
eris nobilitate, & rei medicę cogni-
one clarissimus *in Consilio pro Illustr.*
Cardinali Cãpeggio, qui ex articularib9
oloribus vix ambulare poterat, pro
oborandis partibus infirmis inter
ætera remedia laudat absynthium,
o quod cũ modico calore, ac insigni
ecitate habeat nõ modicam vim a-
tringendi. Et Hier. Mercurialis ma-
ni nominis Medic9, quẽ non modo
tali, sed & exteri de morbis difficil-
mis consulunt in serenissima Mar-
herita Austriaca, q̃ podagra, ac chi-
agra laborabat, laudat vsum cõseruę
bsynthij, & vinũ ipsum absynthite.
Quod si isti celeberrimi viri nouissẽt
 ratio-

rationem eliciendi ſalem ex abſyn-thio, & eius egregias vires, vtique in caſibus illis propoſuiſſent.

Ad arenulas, ac lapillos.

Inter auxilia, quæ abſtergendo contenta in renibus, atque etiam vaſis, vrinam ciere, & lapides abradere, ac pellere vim habent, Dioſcorides cenſet abſynthium, cuius vinum arte paratum etiam calculos contere-re, ac frangere poſſe, aſſerit. Quod ſi abſynthium in pollinem redactum, aut in aqua decoctum, ac illius vinũ id faciunt, quanto magis illius ſal præſtare poterit, cum præter abſterſionem, quæ magis præpollet in eo, quam in ſimplici abſynthio, prædi-tus ſit partium tenuitate inſigni, quarum ratione vna cum moderata caliditate valde aptus eſt ad frangẽdum, ac eiiciendum lapides ſaltem recentes.

Ad hydropem.

Quamuis plurimis rationibus ſeroſi, aquoſi, ac pituitoſi ſucci facientes hydropem, euacuari, ac diſſipari poſſint; fœlici tamen cum ſucceſſu cum his, quæ vrinam, ac ſudorem

cien-

endi facultatem habent, educuntur; & cum optimi quique Medici præcipiant, in hydrope vitanda esse liquida, & iecur, quod est fons & origo cuiuscunque hydropis, roborandum esse, cum sal noster ista omnia præstare fæliciter possit, erit in hoc usu optimum medicamentum, pręsertim si cum vino albo tenui exhibeatur; ideo Plinius, ac Celsus scripserunt, *sale, sole, & siti curari hydropem.*

Ictero, seu morbo regio dicto, & iecori, ac lieni obstructionibus affectis sal absynthij ad ʒ. ij. vel etiam iij. cum ℥. j. infusionis absynthij, vel decoctionis cichoreæ, vel cuscutæ, succurrit, si tamen corpus fuerit à noxiis succis expurgatum, vel etiam celebrata sanguinis missio, si ea opportuna videatur. Nam partium tenuitate penetrando, ac salsedine abstergēdo, meatus obstructos facillime reserare, intēperiem auferre, ac bilem per summa corporis diffusam discutere valet.

Ad icterū, ac obstruct. iecoris, ac splenis.

Ad iecoris tumores duros.

Quod si cõtingat iecur affici duris tumorib⁹, quibus inter cætera viscera maxime est obnoxium, ratione substantiæ crassioris, ac quasi lutosæ qua est concretum, & alimenti crassi quo alitur, sal absynthij calefaciendo, attenuando, abstergendo, roburque iecori, ac venis addendo, si quid aliud illos iam incipientes inhibere ac factos sanare potest, si cum decocto agrimoniæ, vel cichorij ad ℥. j. propinetur. Et idẽ præstare valet in lienis tumoribus frigidis cũ decoctione asplenij, seu scolopendrij.

Ad lienis tumores.

Quartanarios iuuare.

Cum Galenus, pro debellãda febre quartana, proponat calefacientia ratione humoris frigidi; siccantia etiam, nõ gratia siccandi, sed attenuandi crassum humorem, ex quo quartana progignitur, probetq; vsum diureticorum medicamentorum, & in victus ratione salsamenta, quis non videt, absynthij salem, & potissimum theriacalẽ quamplurimũ quartanarios adiuuare posse, cũ omnia hæc & maiora etiam præstare possit, qui-

bus

us, pro profliganda hac cõtumaciſ-
ma febre, opus eſt?

Mulieribus etiam albo profluuio affectis hoc generoſum pſidium non ...uiter prodeſſe poteſt, noxios enim ...umores vt plurimũ frigidos ad vte...um fluentes reuellit, & exſiccat, in...emperiem partis noxium humorẽ ...ggenerantis emendat, ac fluorẽ ſua ...trictione ſiſtit, potiſſimũ ſi in cibis ...xhibeatur. Hipp. enim *in lib. de nat. ...ul.* in hoc caſu pbat vſum ciborum, ...ui ſint valde ſicci, tenuis, ac aſtrin...entis ſubſtantiæ, vt eſt ſal noſter.

Ad profluuium album.

Menſes ſuppreſſos, ſanguinẽ craſ...um attenuando, obſtructas vias ape...endo in potu; vel in peſſariis ex ...elle adhibitum prouocat: nã inter ...iuretica, aliqua ſunt, quæ non ſo...um vrinam, vt eſt aſarum, apium, & ...l abſynthij, ſed & menſes prouoca...e valent.

Ad menſes ſuppreſſos.

Auxiliatur etiam vrinæ retẽtioni, ...el difficultate laborantibus ratio...e craſſi humoris, ac arenularum, ſi ...um aqua ſtillatitia apij, vel on-oni-

Ad vrinæ retentionẽ, ac difficultatem, & lapidem.

onidis; aut conserua maluarum, ve ononidis ad ʒ. ij. vel etiam ij. & di mid. offeratur, & lapidem recenter genitum, si cum ℥. iij. succi raphani depurati per quinque dies cõtinuos propinetur, frangit, comminuit, & per vrinam educit.

Ad paralysim, apoplexiam. Iuuat & paralyticos, & leui apoplexia correptis cũ mithridatica antidoto oblatus; non leue adiumenti præstat.

Vermes necare, & ortum eorũ inhibere. Vẽtris tineas iste sal, ac etiam theriacalis intus, & foris adhibitus cum succo limonum, vel citri valẽter necare potest; acria enim (vti est sal iste) lumbricis aduersari, omnes Medici fatentur, & experiuntur simul, & præcipue si ex reb⁹ amaris sint cõfecta, præter quam quod Gal. *lib. 14. meth.* inter lumbricorum remedia magis efficacia absynthium recenseat. Nec solũ ad interimendos lumbricos pollet; verum etiam illorum generationem efficaciter inhibet, cũ crudam, & crassam pituitam putredini obnoxiam, ex qua huiusmodi in-

ſecta progignuntur vt plurimum
vẽtriculo, ac inteſtinis collectam,
oſtergat, exſiccet, & paulatim per
ceſſum, ac per vrinam educat. A-
imaduertendum tamen eſt, vt pue-
s, qui frequenter lumbricis infeſta-
ſolent, exhibeatur ſal in minori
uantitate, & cum aliquo refrigerã-
e, ne mollis, ac calida eorum na-
ura aliquid à ſale detrimenti patia-
ur.

Quibus tabidis ſuccurrat.

Eos, qui ex ſuperflua, ac multa hu-
niditate cõſtipatis meatibus conta
eſcũt, ſalis abſynthij vſus pinguefa
ere valet, ſua ſiccitate ſuperfluam,
c noxiam humiditatem abſumen-
o, & partium tenuitate alimenta ad
artes nutriendas perferendo.

Ad ſurditatem.

Si ſurditas à cauſſa frigida ortum
abeat, vniuerſali corporis, ac parti-
ulari capitis euacuatione facta, ad
iſcutiendam materiam parti affe-
tæ impactam, & tollendam eiuſdem
ntemperiem vtrique ſal opitulatur
qua ardente liquatus, & ad vnam,
el duas guttas iniectus.

Et

Ad dẽtium fœditatem & dolorẽ. Et vt finem imponamus mirificis huius ſalis facultatibus, poteſt etiam dentes purgare, ac illorum dolorem ſedare, ſi cum aqua ardente apponatur; *Ad gingiuarum laxitatem.* gingiuas laxas firmare, præcipue, ſi cum modico cornu cerui miſceatur, neruos corroborare, ac eorum *Ad neruorũ puncturã.* puncturam occultam adiecta therebentina à phlegmone, & ſpaſmo vindicare. Et hæc de ſalis abſynthij facultatibus dicta ſufficiant.

Antequam vero artem illũ parandi explicemus, operę pretium eſt ſcire, quale abſynthium ſit eligendum, quo tempore colligendum, & quib⁹ locis, ſi ſit opus, exſiccandum, & reponendum.

Quale abſynthium eligendum. Et quo ad primum Galen. cæteris præfert ponticum abſynthium, quod etiã ego magis laudo, ſi in puluere, vel decoctione ſit exhibẽdum, ſi autem illi⁹ ſalem vſurpare velimus, adhęreo ſententię Conradi Geſneri, qui in illuſtrãda materia medica fuit diligẽtiſſimus, nec non Patris Euangeliſtæ Quatramij, qui in cognoſcendis, ac deli-

eligendis ſimplicib⁹ medicamẽtis, in arte deſtillatoria aſſiduis labo-bus multum profecit; iſti enim ar-trantur, abſynthium vulgare, quod noſtris regionibus vbique oritur, o ſale cõficiendo, eſſe eligendum, quod maioris efficaciæ ſit, & ſal ipſo præſtantiſſimus eliciatur ac peſte vtiliſſimus. In colligendo ab-nthio nequaquam illos imitari de-mus, qui vana, ac perniciosa ſu-rſtitione ducti, in metiendis her-s diem ſingularem obſeruãt, vt no-ẽ Natalis ſancti Ioannis, exiſtimã-s in tali nocte decerptam herbam aiori virtute pollere, quam in alia cte, vel ſi poſt ortum ſolis colliga-r, cum ridiculũ ſit illud aſſerere, ac rniciosum animæ exequi ex Mar-i de Arbes, & Nauarri doctrina; & ulto minus fides eſt præſtanda illis, i inter legendũ herbas, quibuſdã rborum, carminum, vel ſuffimẽto-m ſathanicis inuentis adhiberi p-biunt quaſi vires, ac facultates ſtir-bus verba, & carminum excanta-

Quæ vitãda ſint in colligendo abſynthio.

tiones

tiones infundere, augere, ac dimi-
nuere valeāt, hos enim Gal, *l. 5. simpl.*
nō solū de nugacitate, & vanitate cri-
minatur, verum etiam sacri Theolo-
gi de superstitiosa, ac perniciosa reli-
gione redarguunt; & quoniam quā
plurimi Medicorum libri hisce su-
perstitiosis inuentis, remedijsq; ma-
gicis conspurcati sunt, annis elapsi
scripsi censuram quandam, vt illi ex-
purgarentur, ac ita mēdicina suo cā-
dori restitui, & occasio offensionis
diuinæ auferri posset. Non sunt ta-
men damnandi illi, qui in quibus-
dam plantis colligendis quædam sta-
tuta tempora, non nullosque erran-
tium syderum aspectus obseruant:
quippe quod graues quidā scripto-
res asserant pœoniæ radices, pro cu-
randis epilepticis, euellendas nō es-
se, nisi decrescente luna, nam cum
inferiora hæc à superioribus guber-
nentur, fieri potest, vt luna, quæ cæ-
teris errantibus syderibus est nobis
magis proxima, motuque velocissi-
ma, maximam cum plātis omnibus

Censura librorum medicorū pro superstitionibus.

Lunam vt & alia sydera habere effectum in inferiora.

ac re-

rebus quibusuis aliis habeat ratio-
em, tum cum augetur, tum etiam
um minuitur; singulis mensibus;
uamobrem non temere à Galeno
roditum est, absyssum herbam non
ſe euellendam, nec fluuiatiles cã-
ros excipiendos ad canum rabido-
um morsus, nisi Syrio ardente, sicut
secundo libro meo de Rabie scripsi, &
uem per biennium in manibus ha-
uit Excell. Dominus Caruasallus,
um Castro Bononiensi medicinam
ceret; Ideo nec quolibet tempore
bsynthium colligi debet, sed eo tã-
um, in quo perfectum est, & vires
uas magis efficaces habet, vbi vide-
cet floribus, ac seminibus est refer-
um, ac cum odoris quadam gratia
nguam subtili sua acrimonia cum
maritie vellicat; tũc enim summam
erfectionem adeptum est. Prçterea
eligenda est in illo euellendo sere-
a cæli constitutio, quando nullis fe-
nubibus referta sit, & aer ipse sere-
us conspiciatur. Nam si pluuiosa,
ubilosaue fuerit, absynthium extra-

Quo tempore absynthium colligendum.

V nea

nea humiditate perfunditur. Ne
etiam in nimio squallore legi debet
cum exsuccum, & naturali humid
destitutum protinus exarescat, &
quemadmodum vehemēs æstus ab
synthij vires imminuit, succum i
illius alimentum cedentem, exhau
riens, ita immodica humoris copia
eiusdem facultates retundit, & mul
ta luxuria redolentiam, generosita
tem, & incremētum impedit. Tem
pore igitur æstatis moderate calido
& sicco decerpi debet, plantæ enim
calidæ, & siccæ in aere easdem quali
tates habente, & cælo sereno colle
ctæ præstantiores sunt. Et quamuis
Ioannes Mesue illustris Medic⁹ scri
bat, absynthium vere colligendum
esse, illud est obseruandum, cum il
lius succo egemus, quoniam tum
succus magis in absynthio exuberat
vt Dioscorides *in præfatione suorum li
brorum* testatur, cum ait, herbarum
succum, & foliorum eliciendum e
se germinantibus tum primum cau
liculis, germinant autem in vere, &

in

n æstate perficiuntur. Nec solum tē-ore calido demeti, sed etiam in lo-is calidis, & siccis excerpi conuenit, am Hippoc. ad Cratenam scribens, *intere*, inquit, *quantum potes, vt nobis ontanas maxime, & in altis collibus na-entes herbas à radicibus reseces; quando-uidem hæ firmiores, atq; acriores sunt iis, uæ aquosioribus nascuntur locis, idq; quod montibus terra sit densior, & aer tenuior, m ex eo, quod attrahũt, plus virium sor-untur.*

Quibus in locis colligendum.

Absynthio collecto, quicquid est rreni hærētis spurcitiæ, quisquilia imque, decutiatur, vt prorsus syn-erum existat, ac permaneat, deinde illud siccari oporteat, in ædibus ci-a solis feruorem id fiat, ac in capsu-s ligneis, vel coriaceis loculis repo-atur, diligenterque concludatur, uousq; occasio illius vsus adueniat, a enim repositum ad annum vires as seruare poterit.

Absynthij emundatio, siccatio, ac repositio.

Ratio vero, ac modus, quo absyn-iij, & aliarum plātarum sal paratur,

Salis parādi modi.

alius, atque alius ab auctoribus præ
scribitur.

A Theophrasto Paracelso *in libr*
de quinta essentia in capite de essentia, &
sale rerum terra crescentium; à Leon
Suauio, ab Euonymo *in suo thesauro*
salibus factitiis, à Germanico, à Ioan
ne Baptista Porta, & à quamplurim
recentioribus, quorum rationes, v
breues simus, omittere volumus,
duos duntaxat optimos, & efficace
nunquam satis laudati viri Micha
lis Panlotti apud Patres, & Canon
cos Congregationis sancti Saluat
ris in Ciuitate Bononiæ scribere c
gitauimus, quorum tamen posteri
hodie ab artis peritis magis laud
tur, nam sal ea ratione paratus qua
tates absynthij, amaritiem, & ace
bitatem cum aliquali acrimonia
obscure continet, nec vrinā olet, si
ut de cæteris salibus affirmat Euon
mus, qui patres non solum salem a
synthij verum etiam & ipsius oleu
salem cichoreæ, capilli veneris, art
misiæ, radicis pœoniæ, ac Cranei h
ma

ani (de quo inferius peculiariter
am) tali peritia, fide, & solertia pa-
re faciunt, vt alicubi ita confici ad
ic scire non potuerim. Primus er- *Primus.*
o modus parandi salem absynthij
lis est: *Recipe absynthij vt supra colle-
, ac in vmbra leuiter siccati magnā quan-
atem, quam minutim incisam in vase
gno terreo cocto intus vitro oblinito im-
itte, vasque optime clausum in fornacem
romitte, vt absynthium in cinerem ver-
tur, supra quem statim sufficiens aquæ
antitas ex vase vitreo elicita proijciatur,
denuo in fornacem ponatur, vt speciem
lis recipiat, quæ cum alia absynthij aqua,
l eius loco aqua pluuia, vel ex niue balneo
riæ destillata aliquantisper ebulliat, &
inceps omnia per colum transfundantur,
per penicillum (filtrum vocatum) trans-
itantur, transmissumq; in matula vitrea
ditum ad ignem distilletur; aquea enim
rte emissa, sal in fundo vasis residebit ob-
uro, seu rubro colore. Quod si ad albedi-
m, ac maiorem perfectionem redigere ve-
, in vase vitreo iniectum ad ignem deco-
uatur, ac in fimo obuoluatur, vt in aquam*

ex calore fimi reuertatur quousq; ex destillatione ad ignem emissa, in fundo sal albus remaneat.

Secundus. Secundo modo vt sal absynthij legitimus, ac optimus conficiatur, *absynthium maturum accipere oportet, & ex eo per balneum mariæ aquam ter destillare; deinde absynthium exsiccatum seorsum cõburere, ac combustum, vt calcis speciem recipiat, in ollam sine vitro, ac semel decoctam iniicere, illam in fornacis lateritiæ, seu fusoriæ summitatem igne accenso collocare, ac tribus diebus, ac noctibus continuis, vel interpellatis sinere, quousque cinis manibus fricata velut sabulum experiatur, & si talis non percipiatur, iterum in fornacem mittatur, quousq; aspera, vt dictum est, sabulum euadat, hunc cinerem postea in catinum lateritium, ac vitriatum immittere oportebit, ac super ipsum sufficientem aquæ elicitæ quantitatem in vase æneo feruefactæ iniicere, postea baculo aquam, ac cinerem optime miscere, mixtaq; per horam, vt quiescant, sinere, ac demum paratis lingulis ex optimo panno albo latitudinis duorum digitorum, ac longitudinis vnius palmi, ac in stillati-*

tiu

a aqua optime madefactis ipsæ lingulæ ita catino collocentur, vt ipsarum medietas tra catinum pendeat, vt in aliud catinũ ua descendat, quæ nisi clara exeat, rursus superiori catino immittatur, quousq; lingulæ illam claram emittant; quæ aqua sic elita, ac in vas æneum seplasiorum iniecta to igne desiccetur, quousq; remaneat relentia quædam similis calci arenato, supra am eadem stillatitia absynthij aqua ad antitatem circiter duarum librarum imittenda erit, vt ad ignem residentia illa equetur, & in aquam conuertatur, quæ rurs in catino cum lingulis superiori ratione stilletur, & in matulam vitream, vrina- dictam, optime luto clausam iniiciatur, r supra furnaculum cum carbonum igne ui, & paulatim desiccetur, & non aduraur, aut in matula in furno cum igne, aut in libano vitreato, tegamine vulgo dicto, in urno desiccetur, vt supra, aut (quod esset melius,) *soli feruido imponatur*, ita eum sal fiet albus, lucidusq; vt nix, mnibus suis facultatibus prædit us.

Tertius modus.

Tertius modus parandi hunc salem, est, vt accipias absynthium siccum, & illud in

 for-

fornace fusoria in calcis speciem redigas, deinde cum aqua absynthij iniecta supra cineres, fiat capitellum, quod per singulam destilletur, ac postea in multis patinis reconditum sub sole in magnis æstibus collocetur, ex quo fiet sal album, & optimum.

Modus cōficiendi salem theriacalem.

Modus autem parandi salem theriacalē eiusdem patris Pancotti erit hic. *In vase terreo integre vitreato, salis tantam iniicere oportet quantitatem, vt ipsa vix fundum cooperiat, & ipsi absynthium siccum cum foliis, & caule supersternere, denuo eandem salis quantitatem superextendere, ac ita ordine successiuo facere vsque ad vasis summitatem, ita tamen, vt absynthium superiori loco consistat. Vas istud absque operculo in eam fornacis partem collocetur, in qua maior est ignis, ac flamma, quousq; sal, & absynthium in cinerem vertantur, quod toto coctionis vasorum tempore fieri solet, deinde supra cinerem tanta aquæ absynthij quantitas proiiciatur, vt aqua cineri per quatuor digitos superemineat, quæ simul per penicillum traiiciatur; & noua superimposita aqua, rursus per penicilium coletur, quod & tertia vice præstare*

re-

pus est, vt tota illorum vis eliciatur. Vl-
mo loco omnis aquæ stillatitiæ quantitas
matula vitrea immissa cum suo pileo, bal-
o mariæ destilletur, quousque aqua tota
sumatur; nam in fundo vasis sal reside-
, qui vase vitreo, ac loco sicco seruandus
est.

Ad conficiendum salem cranij hu- *ani cranium, seu caluariam hominis sa-* *optimi temperamenti, ac interempti eli-* *re oportet, ac minutim incisam iniicere* *cucurbita ad ignem, quousq; exeat quæ-* *m aqua citrina, non autem oleum, & il-* *m ex cucurbita extractam ponere super* *tinam terream, seu ferream in furnaculo* *uerberatorio per quatuor dies, quousque os* *albescat, quod postea in mortario æneo* *ntundi debet, ac per cribrũ tenue traiectũ* *tra porphyritem lapidem molari, illud li-* *uefaciendo, quemadmodũ Valstadius do-* *t; cum quinta essentia ligni quercini, aut* *m aqua pæoniæ, vt ex eo fiant pastilli in* *re sereno sine sole exsiccandi; qui exsiccati* *niiciendi erunt in furnaculum reuerbera-* *rium per horas sex, vt calcis speciem reci-* *iant, & ita igniti extinguantur in paropsi-*

Ratio conficiendi salem ex cranio humano.

de cum aquis capitalibus, aut cum quint[a] essentia ligni querceini, vel aquæ pæoniæ, po[-] stea cum lingulis ex filtro, sicut cæteri sales exsiccentur, & ita sal Craniј conficies, qu[i] pro comitiali morbo profligãdo plu[-] rimum valet, si illius scrupulus cum conserua betonicæ, vel florum pœo[-] niæ sumatur, & vertiginem, tenebri[-] cosam præcipue, ac alios huiusce ge[-] neris morbos cum aqua pœoniæ sa[-] nat.

Salis cranij humani effectus.

Vt autem huic tractatui finem im[-] ponam, illud duntaxat animaduer[-] tendum esse duximus. In omni de[-] stillatione, ac coctionis specie ple[-] runq; accidere, vt caloris vehemen[-] tia, & artificis ignorantia, quæ destil[-] lantur, vel coquuntur, & præsertim quæ in vasorũ fundo hærent, aliquid igneæ qualitatis acquirant, siue em[-] pyreuma, hoc est, calorem siccũ ac[-] cidentarium veluti adusta concipi[-] ant, vel ex lignis viridibus humidis, aut semiputridis, & graueolentibus, fumi, vel alterius rei malum odorem acquirant. Si forte eueniat, vt sales cre[-]

Ad remouendum empyreuma salium & aquarum.

smati nidore, vel fumo, alioue
auo odore redoleant, vt ille ingra-
s, vel prau⁹ odor aboleatur, sales o-
ime cōtusi, & per cribrū setaceum
nsum traiecti in sacculo lineo re-
di, & sacculus in loco humido ap-
ndi debet, vt vase subtus posito li-
nor, seu aqua, in quam sal conuerti-
r, colligatur, q̄ postea sabulo crasso
ixta, & in cucurbita incurua inie-
a cū igne ingenti quam celerrime
trahatur, vt vniuersus excremen-
ius humor, qui in illa mixtione ad-
at, penitus absumatur. Liquor autē
recipiente vase per tres horas ma-
eat, vbi corp⁹ crassum caseo coacto
nile adipiscitur, q̄ in patina ex ære
onfecta iniectū misceatur, vt exsic-
ari possit; hac enim ratione non so-
omnis malus odor à sale remoue-
ur; verum etiam sal cādidus, ac ma-
is, quam antea, efficax euadit.

FINIS LIBELLI DE
Sale Absynthij.

Soli Deo honor, & gloria.

BAPTISTÆ CO-DRONCHI, PHILOSO-PHI AC MEDICI IMOLENSIS de iis, quos aqua immergi contingit, Opuſculum.

Ontingere ſolet frequẽter, vt variis euẽtibus homines aquis immergantur, à quibus ſi continuo eruantur, & ore clauſo aquam non ingurgitauerint, ab omni malo immunes redduntur. Quod ſi diutius aquis ſubtus permaneant,& natare ignorent, ſubmerguntur,& ſuffocantur;Qui quamquam vt plurimum omnino extinguuntur, vt nullus Medico, ac remediis ſuperſit locus: nonnunquam tamen medicæ artis beneficio reuocari poſſunt. Sed quamuis immerſi aquis à ſuffocationis diſcrimine vindicentur; propter tamen multam ingeſtam aquam, & in ali-

qui-

ibus corporis partibus delitescē-
m, nisi quamprimum ipsa euacue-
r, febre & aliis malis corripi con-
euerunt. Quapropter primo, quo-
odo suffocati reuocari, & quibus
strumentis, ac rationibus deturbā-
a sit aqua, nec non quibus remediis
peruenientia symptomata amoueri
ebeant, non est ignorandum. Et
uoniam pauci de sola strangulatio-
e pauca scriptis tradiderunt, de a-
uæ vero euacuatione, ac de super-
enientium accidentium peculiari
uratione nemo publicis monumē-
s quidquam consignauit: nos pro
iribus nostris exiguis statuimus, fu-
us de suffocatione, ac de aquæ retē-
ione, & euacuatione scribere: quæ
ucubratio fortasse aliquod emolu-
nentum ipsis ægrotantibus ac neo-
ericis Medicis afferre poterit.

Aqua immersos Oribasius *lib.8. Sy-
nops. cap 57.* Paulus *lib. 3. cap.27.* & Ae-
ius *ser.8.cap.9* naufragos vocant; sed
mea sententia satis improprie: nam,
etsi, qui naufragium faciunt, aliquā-
do

do aquis summergantur; nonnulli tamen vel innatando, vel tabulæ, aliue rei inhærendo, periculum effugiunt: idcirco aqua immersos impropria significatione naufragos appellitant.

Alij aqua immersos, suffocatos vel strangulatos nuncupant; veruntamen cum vox strangulationis, ac suffocationis omnibus aqua immersis minime conueniat; quoniam alij qui non strangulantur, & strangulatio ab aliis caussis excitatur; ideo inscriptionē Halyabbatis *in lib. 7. pract. cap. 4.* de aqua submersis, seu immersis magis laudo, quia rei apte conuenire videtur; nam, & omnes aquas, quibus submergi homines euenit, & omnia mala, quę ex hac immersione erumpunt, facile complectitur. Et quoniam sæpenumero fit aqua immersos suffocari, idcirco primo loco de suffocatione agere expedit.

Suffocatio quid. secundum Galenum. Suffocatio igitur ex Galeni doctrina *lib. 4. aph. comm. 34.* est *subitus interitus propter defectum respirationis, qui ortum*

um habet ab angustia alicuius instrumē- ex iis, quæ respirationi deseruiunt, q̄ de- uitio, seu descriptio cōuenit dum- xat perfectæ, ac consummatæ suf- cationi in qua respiratio prorsus fertur, quæ ad artem medicam nō rtinet. Nam cum respiratio peni- s deficit, necesse est, vt animal mo- atur, cū spiratio à vita, & vita à spi- tione minime separari possit. Aliæ ero sunt suffocationes, cum quibus ta permanet: vna est vehementissi- a, in qua ægrotantes pulsu, ac re- iratione priuantur, preterquam in edio thoracis, in quo omniū quid perest, & simul vniuersum corpus frigeratur. Altera vero suffocatio t, in qua infirmi difficulter spirant, nsu omnino non destituuntur, & ulsum paruum habent.

Strangulationis causa immediata.

Angustia igitur partium spiritua- um est causa immediata strangula- onis, quę aliquando est summa, nō- unquam mediocris, & excitari so- t modo à causa externa, modo ab nterna: causa extrinseca erit, vbi col-

collum fune, vel pāniculo, alioue in-
ſtrumento coarctatur, & comprimi-
tur adeo, vt reſpirationi via præclu-
datur, de qua Hippoc. *lib. 2. aph.*
loqui videtur, vbi ait; *qui ſtrangulātur*
& moriuntur, &c. Cauſa interna angu-
ſtiæ ſpiritalium partium erit vel ma-
terialis, vel ſpiritualis; ſi materialis
vel intrinſecus prouenit, vel extrin-
ſecus accedit: intrinſec⁹ proueniens
erit inflammatio muſculorum gut-
turis, vel alterius proximioris partis
vt fit in angina: extrinſecus autē ad-
ueniens, vt luxatio vertebræ colli ad
interna, quę à violēto aliquo extrin-
ſeco efficitur, vel aliqua per os inge-
ſta, vt cibus aliquis ſolidus, os, ſpina
& aliæ ſimiles res, quę vel ingrediun-
tur aſperam arteriam, vel œſopha-
gum; ſi ad aſperam arteriam delaba-
tur, etiam res paruæ anguſtiam, &
per conſequens ſtrangulationem fa-
cere poſſunt: ideo legimus apud Pli-
nium *lib. 7. nat. hiſt. cap. 7.* & Valerium
Maximum *lib. 9. cap. 12.* Anacreontē
Poetam acino vuæ deglutito ſuffo-
catum

Hiſtoria.

atum, & Fabium senatorem cũ la-
e pilo hausto extinctum fuisse; quæ
amen minimæ res in œsophago e-
istẽtes strãgulationem parere haud
ossunt: nam, vt ratione obstructio-
is œsophagi suffocatio sequatur, o-
ortet, vt res sint grandes & crassæ,
cut Pompeio Claudij Cæsaris Dru-
filio euenisse testatur, Suetonius
b.5. qui cũ pyrum per lusum in sub-
me iactatum oris hiatu excepisset,
rangulatus obiit. Et quamuis œso-
hagus nõ sit pars spiritualis, vel spi-
tualibus inseruiens, sed cibi, ac po-
is via; nihilominus (vt docet Ari-
ot. *Sect.34. probl.9.*) propter vicini-
tem asperam arteriam trahit in cõ-
nsum; nam cum res aliqua grandis
sophagum obstruit, asperam arte-
am ea in parte in qua membrano-
, & non annulosa existit, compri-
endo, suffocationem parit; idcir-
o multos hac ratione strangulatos,
veluti mortuos sepultos in sepul-
ris reuixisse testatur Petr⁹ de Ab-
ano *in explicatione præmemorati proble-*

Historia.

 matis.

Angina laborantibus medicamēta ſolida obeſſe.

matis. Hinc recte Victor Trincauellius *lib.5.de cur. &c. cap. 7.* admonet, vt angina laborantibus minime medicamenta in forma ſolida exhibeantur, periculum .n. eminet, vt ſi molestia medicamenti irritata natura vomitu reiiciantur, ſtrangulatio ſubſequatur, vt cuidam mulieri Patauii accidiſſe teſtatur. Cauſa ſpiritualis anguſtiæ partiū ſpiritualium eſt praua ac deleteria qualitas, quibuſdam rebus inſita ſicuti certo fungorum generi, & ephemero colchico, quæ ſi comedantur, ſtrangulationem efficiunt.

Aqua quomodo & quot modis ſtrangulationem faciat.

Aqua vero, vt ad rem noſtram propius accedamus, ſtrangulationem duplici ratione facere valet; nam ſi ſui copia ventriculum vſque ad ſupremum œſophagi os expleat, arteriam ſummopere comprimendo, & ſpiritū cohibendo ſtrangulationem parit: vel ſi aqua ſpiritualia vaſa obſtruat, vel comprimat, vt homo ſuffocetur, neceſſe eſt. Quod ſi aqua fuerit lacuſtris, vel paluſtris, vel al-

teriu

erius generis cœnoſa, craſſa, turbi-
la, arenoſa, vel ſabuloſa, facilius, ac
itius ex ipſa ſtrãgulatio oriri poteſt,
uamuis multa non fuerit in ſecun-
um, vel tertium ventrem dela-
ſa.

Suffocati ex immerſione aquæ ſigna.

Si quis aquis immerſus ab illis ſtrã-
uletur, cognoſcitur ſtrangulatio;
uia, (vt teſtatur Galen. *in lib. 3. epid.*
m. 2.) expiratio deficit, ſenſu, mo-
u, ac voce priuatur, os apertum re-
nanet, nec quidquam deglutire po-
eſt, pulſus ab initio eſt frequens, ac
næqualis, deinde fit paruus, ac ra-
us, aliquando nullus, vel vix perci-
itur.

Quomodo cognoſcatur, an ſuffocati ſint viui vel mortui.

Et quoniam ſuffocati interdum
int mortui, non nunquam viui, vt
ātus hi oppoſiti dignoſcantur, au-
ores docent, vt lana carminata, vel
oſſipium ori, ac ſubtus nares appo-
antur, homine ſuperſtite res illæ
ouentur, vita functo immotæ ma-
ent: præterea, vt vas aliquod aqua
enum ori ventriculi, vel thoraci
nponatur, ſi homo viuit, aqua ef-

 fluit,

fluit, ſi eſt mortuus, aqua immobiliſſ
manet: tertio vt candela accenſa ori
admoueatur, cuius flamma ſi moue-
tur, inditium eſt, reſpirationem ſer-
uari, & per conſequens vitam. Po-
ſtremo hortatur aliqui, vt ſpeculum
ori aptetur, quod ſi inficiatur, indi-
tium eſt, ſtrangulatum adhuc vita
male frui. ſi ſuffocati in vitam referã-
tur, ſentiunt ac mouentur.

Signa: in qua parte aqua cohibeatur.

Neceſſarium eſt Medico poſtea
cognoſcere in qua parte aqua cohi-
beatur. A principio immerſionis, vt
plurimum aqua in ventriculo conti-
neri ſolet, quod facile deprehendi
poterit ex ventriculi grauitate, ten-
ſione, angore, nauſea, vomitu, vel et-
iam dolore, qui aliquando ob aquę
copiam, vel ex flatibus aqua excita-
tis (ſed hoc poſtea) turgidus efficitur
ſi aqua ad hypochondria, vel inteſti-
na deſcenderit, rugitus in illa regio-
ne, grauitates, dolores, aquæ etiam
fluctuationem: ſi inter peritoneum
& inteſtina colligatur, ægrotantes
experiuntur, & nonnunquam hypo-
chon

hondria, ac imus venter in tumo-
em eleuantur. Vt dignoſcamus, a-
uam ad venas penetraſſe, argumē-
um non leue erit, ipſam in corpore
na die, vel altera retentam, & nulla
atione euacuatam fuiſſe, & quamuis
uctore Galeno *lib. 3. de vic. rat. in acu-
s com. 40.* omnis aqua tarde meet, æ-
re deſcendat, ac diu in ventriculo
nanere poſſit; nihilominus cum a-
ua in magna quātitate eſt abſorpta
ro pondere ſibi viam parat; ita vt nō
nulto negotio venas penetret, cuius
ei euidens argumentum erit pulſus
nterceptus, qui & intermittēs voca-
ur; pulſus intermittens dicitur ille,
ui vna, duabus, vel pluribus pulſa-
onibus intermittit; nam huiuſce-
nodi pulſus ex Galeno *lib 2. de cauſ.
ul. cap. 3.* & *lib. 2. de præſag. ex pul. cap. 4.*
ræſertim fit propter humorū abun-
antiam, qui virtutem aggrauant, &
aqua putredine corripiatur, vel ſo-
, vel vna cum aliquo corporis ſuc-
o, febres inſignes, ac implacidæ ex-
itantur; ita vt perpetuo miſeri æ-

Pulſus interceptus vnde.

 gro-

grotātes iactentur, nec vllam setuē[illegible]
formam decubit⁹, omnia fastidiant
sitiant, ac vigilent, vt in quodam cœ[illegible]
nobita dominicano obseruauimus,
qui cum diu immersus aqua Vatren[illegible]
permansisset, & magna aquæ copia
intus detēta esset commemorata fe-
bre captus, inquietus, & anhelans
completa tertia die miserrime ex-
tremum effudit spiritum.

Historia.

Si cōtingat aquam ad partes spiri-
tuales delabi, vt in Dño Galeatio
Matio factum est, spiratio fit diffici-
lis, quia instrumenta spiritualia ob-
struuntur, vel comprimuntur, tussi
sicca molestat, quoniam natura ten-
tans aquam expellere ob illi⁹ tenui-
tatem omnis illius conatus inanis
redditur, thorax quadam grauitate
premitur, pulsus percipiuntur fre-
quentes, ac parui propter vias spiri-
tus ab aqua occupatas, fiunt etiam
intermittentes, vel propter obstru-
ctionem vasorum, vel propter com-
pressionem factam ab aqua inter in-
ania spatia thoracis moram trahen-
te-

Signa aquæ delapsæ ad partes spiritales.

. Intermittentem pulsum fieri et-
m ex compressione, ac obstructio-
e, docuit Galenus *citatis locis.* De
ulsu intermittente obiter animad-
ertere liceat, aliquos à natura ta-
m habere pulsum, qui tamen si sit
citius in ægrotātibus exitium por-
ndit, sed minus in senibus, deinde
pueris, maxime in iuuenibus, cum
his, nisi à vehementi, & maxima
usa fieri non possit: etsi talis pulsus
periatur in febre continua, & ma-
gna, mortem præsagire expediet.

Quosdam à natura habere pulsum intermittētem.

Si aqua in cauitatem thoracis illa-
sa sit, præter difficilem, ac frequen-
em spirationem, & alia relata signa,
corporis reuolutione obstrepens
quæ sonitus aliquando percipitur.

Signa aquæ contentæ in capacitate thoracis.

Cum hucusq; de nominibus, dif-
erentiis eorum, qui aqua immergū-
r, de suffocationis definitione, ge-
eribus, causis, in quibus locis aqua
ontineri possit, ac de signis, quæ o-
nia isthęc nobis ostendunt, egeri-
ius, ordo medicæ tractationis ex-
oscit, vt secūdo loco circa progno-

 stica

ſtica ſigna verſemur, qm̄ ipſa Medi-
cis & ægrotantibus plurimā afferunt
vtilitatem; audito enim prognoſti-
co ægrotantes facilius, ac propenſi-
us Medicorum præceptis obediunt:
ex quo citius, ac tutius priori valetu-
dini reſtituuntur. Medici vero præ-
uiſis ex arte ſymptomatibus, quibus
infirmi vexari debent, facili negotio
auxiliis eorum conatibus obuiam e-
unt; ita, vt ea cohibeant, vel ſaltem
imminuant. A qua igitur qualiſcun-
que, præſertim malis qualitatibus af-
fecta, ablato ſtrãgulationis diſcrimi-
ne, ſi ſaltem per diem naturalem non
euacuetur, nauſeam, vomitum, an-
xietatem, grauitatem, fluctuationes,
murmur, tormina, tuſſim, ſpirãdi dif-
ficultatem, febrem, & tandem mor-
tem, vel cachexiam, aut hydropem
excitare poteſt. Hippocrates *citato li-
bro 2. aph.* de ſuffocatis ſequentia e-
nunciat: *ſtrangulati, & qui moriunt-
nondum tamen mortui ſunt, non referun-
tur, ſi illis ſpuma circa os apparuerit:* & li-
bro de ſacro morbo ſcribit, *ſpuma ex or-
prodi-*

Signa pro-gnoſtica.

dit, & ex pulmone, cum spiritus non in-ediatur in ipsum, spumescit, & ebullit ut moriens strangulatione. C. Celsus *2. cap.8.* eandem habuit sentētiam, *que is ad vitam redit, qui ex suspendio umante ore detractus est.* Galenus *in plicatione aphorismi Hip.* asserit, hoc gnum esse exitiale, quoniam pul-onis violentiam significat, quam atitur, dum animal suffocatur, non-ullos tamen ex strangulatis relatos se, quibus spuma circa os apparuis-t: sed hoc rarum esse, & fortasse lippocratem non tanquam semper ntereant, sed quod contrarium ra-ssime eueniat, ita pronunciasse, & uod magna ex parte fit, dicere præ-ermisisse. Auicenna *9. 3. tr. in cap. 9.* estatur, suffocatos ore spumantes d vitam reuocari, si virtus sit valida. Quidam Auicennæ sententiam ex-onens ait; virtutē validam cognosci x eo, quod laborantes sentiant, mo-eantur, & cibum appetant. Insuper x eodem Auicenna, si facies viridi olore suffundatur, cauitates oculo-

An & quã-do suffocati & ore spu-mantes ad vitam re-ducantur.

rum nigrescant, pulsus admodũ paruui fuerint, extremę partes refrigerentur, adsit linguæ nigrities, & crassities, hæc omnia interitus sunt argumenta. Ad hæc si suffocatus, vehementer febriat, mors est propinqua: nam, cum suffocatus ratione ingentis febris multum respirare debeat, & respirare non possit, vt citissime extinguatur, est necessarium. Si color natiuus posterioris partis colli mutetur, axillæ sudore madeant, & inguina sudore frigido pariter perfundantur, strangulatus primo, vel secundo die vitam cum morte commutabit. Et quãuis ista de suffocatis propter anginam Auicenna pronũciauerit; magna tamen ex parte suffocatis etiam aqua conuenire videntur.

Si aqua in thorace retineatur, periculũ imminet de suffocatione, vel de repentino, ac inexpectato interitu, vt ex Galeni doctrina *lib. 6. aph. 35.* patet; ea propter sedula nauanda est opera, & omni studio adniti debemus,

s, vt quam primum aqua detur-
tur. & hæc quo ad signa prognosti-
scripta sufficiant. Reliquum est,
de curatione verba faciamus.

Quæ vt recte instituatur, ad tria capita redigi debet, quorum primũ focationem, secundum aquæ re-tionem, & tertium symptomata piciat.

Curationis tria capita.

Circa primũ caput duntaxat bre-er, ac summatim versati sunt cum æci, tum Arabes, ac alij scripto-s, quos præ manibus habuimus; iqua vero intacta posteris perfi-enda reliquerunt. Nos tamẽ prio-capita distincte, ac vberius expli-re enitemur. Quoad primum, qui ua immersi extinctæ animæ spe-em præbent, protinus pedibus su-endi debent, vt demisso capite fa-ius aqua euomatur, quæ si non ex-t, pinnularum, seu digitorum irri-tione cogantur, quo absorptam a-uam euomant, & forinsecus ma-nuum impositione ventriculi actio iuuetur. Quod si his artibus à suf-

I. Suffocationis.

foca-

focatione vindicari non possint, co
memorati auctores consulunt, vt
cetum acerrimum cum pipere, v
cum vrticæ semine trito, vel acet
in quo vtrumq; leuiter sit incoctum
ori instilletur, & quoniam ægrotan
tes laboriose remedia admittunt, a
id sunt cogendi. postea, vt calor, a
spiritus illorum excitentur & reuo
centur, in cubiculum calidum præ
sertim hyberno tempore sunt collo
candi, in quo parentur suffumigi
bene olentia, vt moschi, ligni aloe
ac similium, & interim potiones, co
dis proprietatem seruãtes, vel quo
esset salubri⁹, succum carnis optim
craticula vel veru assæ solum, vel c
luteo oui propinare expedit. Rea
sumptis viribus Halyabbas suadet, v
per aliquot dies decoctum ciceris c
lacte exhibeatur, quod remedium
quid præstare valeat, fateor me igno
rare, nisi ea ratione id consulat, vt
quid aquæ in corpore remanserit, ci
ceris facultate diuretica p̱ renes ex
cernatur, & viæ communes magis
quan

m par ſit à medicamentis exicca-
à lacte leniantur, ac humecten-
, & ſimul ſit remedium & cibus:
uidam poſtquam ægri vires recol-
erint, iubẽt, vt vena cubiti dextri
etur, & ſingulis diebus clyſteres
undantur. *venæ ſectio non eſt ſpernẽ-*
ſi corp⁹ ſit plethoricum, vel febris
ignis, aut aliquis ali⁹ acutus mor-
s ægrotantes infeſtet, his exceptis
ibus à ſanguinis miſſione abſtinẽ-
m; & potius frequenter enemata
lenda eſſe ſuaderem, vt tota aqua
r inteſtina educi poſſit, ad quæ, vti
publicam cloacam, natura ſagax,
plurimum ſuperuacanea expelle-
conſueuit.

Vena ſectio an & in quib. habeat locũ.

Poſtquam aquę immerſi à ſuffoca-
ne reuocati erũt, aut etiam ſi nulla
æceſſerit ſtrangulatio; ſi aqua in
ntriculo retineatur, & commemo-
tis artibus non potuerit deturbari;
nfugiendum erit ad medicamen-
vomitum cientia, qualia ſunt de-
ctio; ſeu ſtillatitia aqua chan amc-
anethi, erucæ, rapi, radicis rapha-

2.
Aquæ retentæ euacuatio.

ni

ni vel sola, vel cum oxymellite simp
vel scyllitico, & multa alia, de quibu
nos fuse *in lib. 4. de mor. ven. cap. 4.* eg
mus. Cum absorpta aqua in intest
nis, aut hypochondriis moram tra
xerit, clysteriis cõmode euacuari po
terit, quorum materia conuenien
erit decoctio parietariæ chamæme
li, calamẽti, centaureæ minoris, qu
bus addi possunt etiam semina al
qua excalefacientia, & siccantia, v
anisi, fœniculi, carui, & dauci, qua
si nõ sufficiant, validiora adnecti de
bent, vt folia ebuli, cucumeris agre
stis, vel brassica marina, & cum hac
vel illa decoctione commisceri me
rosaceum solut. vel vna ex hieris cõ
positis, electuarium Benedictæ, ve
elect. de baccis lauri.

Vt educatur aqua ex partibus spiritualib.

Quod si aqua intra partes spiritua
les lateat, confestim (vt diximus) est
euacuanda, ad quod peragendũ me
dicamenta magis idonea sunt elate
rium rite paratum ad grana tria, vel
quatuor ad summum vna cum semi
uncia mãnæ optimæ exhibitum, suc
cus

s radicis ſambuci ad vnciam vnam
m dimidio vel plus, vel minus, ꝑ-
occaſio feret vna cum Manna, vel
tius cum vino albo ſubdulci: Mã-
etiam ipſa ſola ad vncias quatuor,
l quinq; propinata eſt tutum, ac ef-
ax præſidium.

Vt autem deturbetur aqua in ve-
s, vel totius ambitu infixa, relata
nueniunt pharmaca, prius tamen
iora vſurpari debent, vt ſunt aga-
us recte paratus, & ſpecies hieræ
npl. Gal. vt exempli gratia, *agarici*
ſpecierum hieræ ℥. ij. accipias, vel a-
rico hieram pachij addas ad ℥. ij.
l braſſicæ marinæ ℈. j. quæ etiam
r ſe ſumpta eſt optimum medica-
entum acceptum ad ℥. ij. cum ℈ j.
ul. de hiera ſimpl. ac melle roſato
utiuo exhibitum. Quod ſi ſit o-
s confugere ad elaterium, miſcea-
r ipſum cum ℈. j. pil. alephang. vel
aſtichin: aut de hiera ſimpl. Si ta-
en his vel ſimilib⁹ hydragogis me-
camentis, tota non poſſit euacuari
ua, quod eſt reliquum per vrinam
aut

Vt deturbetur ex venis vel ambitu totius.

aut per ſudorem educere erit expe-
diens, in quo negotio naturæ mot⁹,
ſi quis adſit, animaduertendus eſt, &
ille iuxta Hippocratis decreta *1. aph.*
21. adiuuãdus. Si igitur natura adni-
tatur reliquias aquæ ꝑ vrinaria vaſa
expellere; leuiora medicamẽta, quę
hanc actionẽ adiuuare valent, ſunt a-
ſplenium ſeu ſcolopendrium, capil-
lus veneris, agrimonium, ſemina, ac
radices apij, fœniculi, aſparagi, ac ci-
ceres rubri; validiora vero aſarum
daucus, & ami in pollinem reducta
vel in decoctione exhibita, vt exem-
pli gratia, *ſem. dauci cretici ℈.ij. cinamo-*
mi, ſpica ana. ℈. ſ. miſ. & cum aqua ap
fiant pilulæ n. iij. vel *Re. dauci ʒ. j. vin*
maluatici ℥. j. miſ. Quod ſi per ſudo-
rẽ natura conetur expellere aquam
adiuuanda erit cum ſudorificis phar-
macis, nec non externis præſidiis.
Sudorifica leuiora erunt, radix pen-
taphylli, quem quinquefolium offi-
cinæ appellant, chamedrys, chamæ-
meli, chamæpitis, ſabina, & alia ſi-
milia, quorum decoctio propina-

bet: validiora decoctio ligni gua-
cij; ac sarsæ parillæ præparatæ. Ex-
tna instrumenta sudorem adiuuã-
plura sunt, quæ cum omnibus
edicis nota sint, silentio inuolui-
us.

Aqua euacuata vires sunt reficien- *Restauratio virium.*
; cum his, quæ cito ac multum nu-
re possunt, & partes principes ro-
randæ, ad quod peragendum, ido-
i erunt cortices citri conditi syru-
s ex eisdem cum musco paratus, a-
maticum rosatum, diamoscus, &
gna antidota; theriaca nempe, &
thridatium, & alia multa Medicis
n ignota; inter quæ eligenda sunt
quæ magis parti affectæ, vel par-
affectis auxiliari possunt. Et hæc
ficiant quoad chirurgicã, & phar-
aceuticam operationem. superest
stremo loco, vt aliqua etiam de
etetica scriptis prodamus, sine qua
iqua instrumenta medica inutilia
e redduntur, vt Galen. *lib. de ther. ad* *Dieta.*
mphil. testatur.

Ablato igitur suffocationis peri-

culo victus à principio debet esse tenuis, cum cibis calefacientibus, & exiccantibus, vt aqua facilius inanire possit, cuius ratione potus sit paucus, vini videlicet albi, ac tenuis; nam quanto parcior, tanto vtilior erit. Eligantur carnes calidiores boni succi, & facilis coctionis, quarum iuscula erunt parãda cum aliquo extenuante, vt cum fœniculo, vel petroselino; carnes tamen assæ magis, quam elixæ aptæ sunt.

Exerceantur ægrotantes, vt fieri potest, præsertim deambulatione, vel saltem equo, vel carpento vehantur.

Aluus si natura sit ad excernendũ segnis, enemate leniatur.

Somnus debet esse nocturnus tãtum, & moderatus propter virtutem & coctionem.

Aer calidus siccus, & serenus eligatur; frigidus enim, & crassus est noxius.

Motus animi omnes, ac perturbationes vitentur.

Ter-

ertium caput curationis erat cir-
ſuperuenientia ſymptomata, quæ
n multis aliis affectibus prȩter na-
am ſint communia & cum illis, ac
rſum ipſorum curatio docte, ac
e ab aliis poſteris relicta ſit, ne a-
ctum agere videamur, conſulto
illam omittere volu-
mus.

3. Correctio ſymptomatum.

INIS OPVSCVLI DE IIS
qui aqua ſubmerguntur.

BAPTISTÆ CODRONCHI, MEDICI COMMEN-tarius de Elleboro;

N QVO NON SOLVM ius genera, electio, facultates, men-ra, rationes præparandi, quibus, uomodo, ac quando conueniat, ex-icatur: verum etiam certis rationi-bus illius vsum esse tutißimum ac vtilißimum, demon-stratur.

BAPTISTÆ CO-DRONCHI PHILOSO-PHI AC MEDICI IMOLEN-sis Commentarius de El-leboro.

PRÆFATIO.

CVM diu mecum, ac sæpius co-gitauerim, quid causæ sit, cu[r] morbi aliquot quamuis natu-ra sua pernitiosi, ac contuma-ces, priscis tamen temporibus curarentur vt plurimum, nostris vero non item, in eam veni sententiam, id fieri potissimum, quo-niam Medici recentes multum studij insu-munt in perquirendis placidis, ac lenibu[s] medicamentis, ac illa passim vsurpant, pa-rum vel nihil cogitantes de vehementiori-bus, imo illa vti noxia, ac periculosa damna-tes, ac dimittentes contra veterum Medi-corum dogmata, quorum tanta fuit in pro-fligandis malignis, confirmatis, & antiqui[s] morbis cura, ac diligentia, vt omnia medi-

camen

menta, quæ pro illis expugnandis prodesse
ossent, repererint, ac vsu receperint, inter
uæ fuit elleborum album, quo paßim Hip-
ocrates, & alij vtebantur; & quoniam o-
nnes fere recentiores Medici partim illius
ræparationem, ac modum exhibendi igno-
antes, partim à Mauritanis scriptoribus de-
erriti, hoc generosum medicamentum re-
buunt, cum tamen ego sciam in pluribus af-
ectionibus sanandis illud esse efficacissimũ,
c præstantißimum remedium, decreui de
o in specie, ac in genere fusius fortasse scri-
ere, quamuis minus docte, quam cæteri
quos ego scio) fecerint, & omnia, quæ ad e-
us veram cognitionem, commodum, ac tu-
um vsum spectant, quantum fert ingenij
nei exiguitas, explicare, nomen videlicet,
eu nomina, genera, electionem, formas, lo-
os, vires, morbos, & homines quibus prosit,
vel noceat præparationẽ corporum, ac pur-
antis quantitatem, & rationes succurren-
li symptomatibus, quæ ex malo ellebori vsu
uenire possunt, quæ si à me, vt oportebat, nõ
uerint perfecte, & exacte pertractata, pa-
atus tamen erit aliis campus melius cogi-
andi, & exquisitius perficiendi.

DE ELLEBORI NOminibus.

CAPVT I.

ELLEBORVS, & Elleborum maſculini, ac neutrius generis ſcribitur à Græcis auctoribus cum vnico lambda, & cum duplici, cum aſpiratione, & ſine aſpiratione; Horatius per duplex l, & cum aſpiratione, dum ait:

Expulit helleboro morbum, bilemque meraco.

Apuleius etiam, & quidam alij cum aſpiratione ſcripſerunt, apud tamen multos Græcos ſine aſpiratione ſcriptum reperitur, quæ cum nihil ad rẽ ipſam cõferant, & ad eos potius pertineant, qui humaniores literas profitentur, poterit vnuſquiſque ſcribere vti voluerit, mihi ſine aſpiratione cũ duplici l, & neutri generis ſcribere placuit; Romani, vt teſtatur Columella, & cum illis latini omnes elle-

bo-

ɔrum, veratrum vocauerunt, eo, ɥod mentem vertat; Græci vero el borum nuncuparunt, quod cibum ɔrporis eripiat. Album à radice vo- ɑrunt, quæ cum nigri radice com- ɑrata, candida eſt, ideo Aulus Gel- ɪuş ait, coloris diſcerniculum non in mine, neque in virgultis, ſed in ra- ce apparere. Elleborum nigrum iqui vocarunt entemon, alij polyr- ɪizon à radicum multitudine, alij ɪchymon à bonitate ſaporis; pleri- ɪe vero melampodium dixerunt ɔ inuentore Melampode vate, ſeu uinationis perito, ſicut ſcribit Pli- us *lib. 25. cap.* 5. vel à Paſtore eiuſdẽ ɔminis, qui cum animaduertiſſet, ɔ purgari capras, furẽtes in ſe Proe- filias Elegem, & Cælænen in Arca- dia prope fontem Clitorium, purgauit, & ſanitati re- ſtituit.

Vnde dicatur veratrum, & vnde elleborum.

De ellebori generibus, ac delineatio-nibus.

CAP. II.

ELLEBORI prima genera du[illegible] sunt ex Theophrasto, Dioscori[illegible] de, Plinio, Galeno, & Mesue, album seu candidum, & nigrum.

Ellebori albi descriptio.

Album ex Dioscoride folia plan[illegible] taginis aut betæ syluestris similia ob[illegible] tinet, breuiora tamen, nigriora, & [illegible] rubescentia, caulem palmorum duo[illegible] rum altitudine, cauum, corticibu[illegible] seu tunicis inuolutum, quas abiicit cum arescere incipit, à cuius summo quod Dioscorides omisit, alterni[illegible] pediculis surrecti florum thyrsi, vt i[illegible] botryde racemosis floribus onusti[illegible] colore albicante, visuntur, quibusd[illegible] in hortis purpureo inspiciuntur: ra[illegible] dices illi subsunt numerosæ, tenues candidæ ab exiguo & oblongo capi[illegible] te cæparũ modo prodeuntes. Quod autẽ scribit Dioscorides, colore ru[illegible] bescere folia, de costis earum, intel[illegible] ligendum est. Plinius *albi folia esse tri[illegible]*

d[illegible]

t betæ incipientis similia; Dioscorides syl-ſtris, hæc quoque nigriora, & canalium rſo rubeſcentia; Vtraque caule palmi fe-laceo, bulborum tunicis conuoluto, radice brata, cæparum modo: hæc Plinius, in ius veteri codice exaratum repe-tur, *fimbriata*, pro fibrata, vt non fi-ras, ſed fimbrias varie ſectas radices ccipiat Cornarius, ſitque id, quod heophraſtus dixit, multis radicib9, ſque tenuibus, & vtilibus. Lobelius ribit, ellebori differentiam eſſe ex rio flore, albo, ſubuiridi, & ex albo bente in horto Mutoni, quod po-remum ante aliud germinat foliis iam maioribus; latioribus, & lon-ioribus, ex quorum medio caulis xit tricubitalis, aut amplior, in quo ores non albi, ſed ex atro rubentes ellati, quibus ſuccedit ſemen folia-eum alterius æmulatione, paucioribus fibris radix longior prædita.

Ellebori nigri tria genera.

Ellebori nigri ex Matthioli ſentē-ia tria inueniuntur genera, floribus ifferentia: vnum flores in purpura lbicantes, quale eſt relatum à Dio-ſcori-

ſcoride: alterũ candidos, ac tertiu
herbaceos, profert, quæ ſicuti flor
diſtinguuntur, quamuis in vniue
ſum omnibus eadem ſit foliorum fa
cies, ita etiam viribus differunt. Nam
primum genus cæteris lõge præſta
poſteriora vero duo genera viribu
imbecilla admodum ſunt, ſicuti ex
perientia comprobatum eſt.

Elleborum floribus purpureis.

Elleborum purpureos flores ge
rẽs ex Dioſcoride folia habet viridi
platani foliis ſimilia, ſed minora a
ſphondylij folia accedentia, plur
bus inciſuris diuiſa, ſed nigriora, &
ſubaſpera, caulem aſperum, flores al
bos purpureos racematim cohæren
tes, ſemen cirici, quo deiectiones ex
citantur; radices ſubſunt tenues, ni
græ, veluti à quodam capitulo cæpa
ſimili prodeuntes, quarum eſt vſus
Theophraſtus videtur in hac ellebo
ri delineatione à Dioſcoride diſſen
tire, quod tamẽ reuera non eſſe pro
bat Dalechampius multis, quæ bre
uitati cõſulens, omittere volui. Mat
thiol⁹ vero magis completam, & ex
pli

catam habet huius ellebori deli-
ationem, ſcribit enim, quod hoc
eborum habeat numeroſa folia,
buſta, & ſaturate virentia, ea ſe-
ena ſimul ex apice robuſti, canali-
latique pediculi, qui quoque plu-
in vniuerſa planta habentur, pro-
unt. Atqui ſex, quæ vtrinque ter-
exeunt, in exortu ſimul coniun-
ſpectantur, quod vero medium
, per ſe ſolum ſine comite cõſiſtit.
ulem gerit hæc planta cubito pau-
breuiorem, rotundum, glabrum,
ſolidum; flores roſarum figura in
rpuro albicantes, è quorum me-
o inter alba quædam capillamen-
orto exoriuntur ſiliquulę inuicem
niunctæ Corniculi figura, in qui-
s ſemen oblongum concluditur:
dicibus nititur numeroſis, longis,
nuibus, ſaturate nigricantibus, te-
i intus matrice, & à bulboſo capi-
lo, à quo caulis exit, prodeunti-
s amaro, acrique guſtatu, & qui
cile ſtomachum moueat, odore
ſuaui, ac ingrato, & præſertim vbi
exen-

exenteratæ radices ſicceſcunt.

Elleborum floribus albis.

Elleborum vero ſecundum can-didi floris nihil prorſus forma, ſeu fa-cie à preſcripto differt, niſi florũ co-lore; eandem plantam pro germano elleboro Dioſcoridis cognoſcãt Pe-na, & Lobeli⁹: *Niger elleborus*, inquit ille, *iam plurimus ex Pyreneis, & Alpinis in hortos translatus ineunte hyeme, vel poſt brumam flores profert in candore roſeos, in-terdum albos, nonnunquam purpureos è pe-diculis ſtatim à radice ortos, cyclamini modo: folia habet in ſingulis pediculis maiora, bre-uiora, rotundiora, & retuſiora ſuperne, qua-duntaxat paulum crenata ſunt, ex atro vi-ridia, minus craſſa, aut rigida, radix intex-ta, & intricata, innumera fibrarum nigra-rum ſobole, eodem ferme complexu ſuperno appenſa, amara valde, & ingrata.* His re-clamat nota vna à Dioſcoride poſita, nempe florum forma racematim co-hærens, ij autẽ in vero elleboro ſunt primum roſarum compreſſarum, & nondum recluſarum, deinde expan-ſarum effigie, quæ figura à racemoſa multum abeſt, quare non βοτρυόεις in Dio-

oſcoride periti quidam legẽdum
aſent, ſed βοςθυχιώδεις facili lapſu in
ta nominum affinitate, id eſt, co-
e, ſeu capilli in modum, ſunt enim
ρυχες, ſiue βόςρυχοι, cirri muliebres,
pilli, cæſaries, & plexus muliebris,
em ſcite exprimunt in medio flo-
n ellebori, velut roſarum capilla-
enta alba, deinde ſiliquę orto par-
, coniunctæ. Præterea caulẽ τραχὺν,
eſt, aſperum, elleboro nigro tri-
it Dioſcorides, qui in noſtro gla-
, læuiſq; eſt, non aſper. At τραχὺν
am rigidum, firmumque exponi
ſſe Pena putat.

Tertium elleborum, quod Mat-
olus fœminam, & pſeudoellebo-
n appellat, digitorum nouem in-
r ad pediculum vſq; diſſecta, aco-
i cynortoni fere modo, ſed lõgio-
us diuiſuris, nigricantia, circum-
aque ſerrata, & è longo, planoque
diculo, caua per medium excur-
ate linea ortum ducentia, caulem
it vegetum, ſubaſperumque flores
teris ſimiles, ſed herbaceo colore
ſub-

Elleborus fœmina ſeu pſeudo elleborus.

ſubuirides, quinq; aut plures eme-
gentibus è medio corniculis acum
natis, & vtrinque compreſſis, in qui
bus ſemen continetur: radicibus co
hæret numeroſis, tenuibus palma
longitudine, ac etiam longioribu
colore nigricante, ac proinde, ac ii
aliis à cæpaceo capitulo enaſcenti
bus, odore pariter graui, & ſapore a
maro, acuto, & nauſeam mouente
Naſcitur in montibus, & in conuall
libus.

Germinant hæc omnia ellebori
genera Ianuario, ac Februario men
ſibus, & ſæpe germinando niues per
forant, florent Martio. Dodonæus
ellebori nigri nomine tres planta
cōplexus; primum genuinum Dio
ſcoridis elleborum nigrum eſſe aſſe
rit: ſed cum ſiliquis, in quibus inclu
ſum ſemen eſt vnico ſimile, & non
nullis aliis notis careat, illegitimum
Dioſcoridis elleborum eſſe, exiſti-
mat Dalechampius, qui probat, non
eſſe verum, contra opinionem Do-
donæi, quod illud, quod in lectione
Dio-

ioſcoridis reperitur, ſemen videli-
t ellebori nigri in Anticyra ſeſa-
oides vocari; eſſe additum, vel
anslatum ex Theophraſto ab aliis,
d eſſe ex Dioſcoridis intentione,
ii ex Theophraſto id mutuo ſum-
it, ita vt elleborum nigrum Dio-
oridis, ſit idem cum elleboro ni-
o Theophraſti & non diuerſum,
ut ſcribit Dodonæus, qui alteram
antam à veri ellebori nigri viribus
rum diſſentientẽ poſuit, quę à Bel-
s herba Chriſti; aut natalitia dici-
r, quod hyeme clemẽtiore ad Do-
ini natalem diem floreat, quibuſ-
m planta leonis. Tertium genus
odonæus elleborũ adulterinũ vo-
t; quod eſt primum elleborum ni-
um à Leonardo Fuchſio depictũ,
vt quibuſdam doctis placet ennea-
yllon Plinij *lib.27.cap.9.* & ellebo-
m tertium Matthioli ſicut Dale-
ampio placuit, quod an verum ſit,
j iudicent. *Leonardus Fuchſius* elle-
rum nigrum genuinum non de-
ibit, ſed adulterini duo genera;

primum elleborum nigrum genui-
num hortense, quod tertium Dodo-
næi esse iam diximus: alterum elle-
borum nigrum adulterinum sylue-
stre, quod germani pediculare vo-
cant eo, quod pediculos interimat:
quod inter aconita recenset, & ly-
ctonum appellat. Tragus elleborum
nigrum adulterinum idem cum pri-
mo Leonardi Fuchsij posuit, genui-
num vero longe aliud, tenerrimis vi-
delicet foliis. Idem Leonard⁹ Fuch-
sius *in historia plantarum*, & Tragus *to-
mo 1.* negãt, & Euritius Cordus in *Bo-
tanologico suo, siue colloquio de herbis* du-
bitat, vulgare, ac communis vsus el-
leborum, cui flores herbacei sunt, si-
ne vere elleborum, ac illius species,
asserens potius esse cõsilaginem Co-
lumellæ, ac Plinij quibus etiam ad-
hæsit Ruuelius, quoniam vsus eius
omnino innoxius, & plerisque salu-
taris habetur, contra veterum omni-
um de elleboro decreta. Syluius ve-
ro Arabum napellum esse, arbitra-
tur. Vgo Solerius credit elleborum
pur-

rpureos, & albos ferens flores, es-
lycoctoni, vel cynoctoni speciem.
quidam peritissimus vir opina-
r, elleborum primum, flores habēs
rpureos, esse Aconitum pōticum
scriptum à Dioscoride *lib. 4. cap. 73.*
pinionem Leonardi Fuchsij, & a-
rum cum suis fundamentis Mat-
iolus reiicit, ac euertit pluribus. &
tissimum ea ratione, quod quam-
Columella, ac Plinius consilagini
ædam elleboro cōmunia tribue-
nt, nihilominus eam vim in hoc
sinere, aut minus reperiri, negant.
uare statuendum erit, nostri vsus
eborum legitimum esse, & si qua-
ntenus inualidum subinde repe-
tur, primo generi comparatum.
illucinatur autem hac in re Syluius,
oniam speciatim de napello, atq;
eboro vtroque Mauritani disse-
erunt. Nec Solerio fides est præ-
nda, quia prætérquam quod aco-
orum illa genera omnibus nota
t, habent caulem filicis similem,
oito lōgiorem, & radices adeo te-

nues, vt squillarum marinarum ci[illegible]
ris eas Dioscorides comparauerit[illegible]
quæ omnia in elleboro nigro com[illegible]
munis vsus nequaquam reperiũtu[illegible]
Ad refellendam vero recentis Her[illegible]
barij sententiam quamuis sufficer[illegible]
possint ea, quæ aduersus Solerium [illegible]
Matthiolo scripta sunt, nos tame[illegible]
addere possumus, cum experimen[illegible]
tis sit compertum, elleborum com[illegible]
munis vsus, & pręsertim primum ge[illegible]
nus præstare ea, quæ de illo Diosco[illegible]
rides, Galenus, Mesue, ac alij poll[illegible]
centur, euacuare videlicet atram bi[illegible]
lem, & morbis inde natis auxiliari[illegible]
non potest dici esse napellum, quo[illegible]
niam napellus habet vim putref[illegible]
ciendi, ac lethiferam, nõ autem pu[illegible]
gandi, ac salutarem, sicut in hac par[illegible]
te diligentissimus Galenus memo[illegible]
riæ prodidit. Præterea si elleboru[illegible]
purpurei floris est aconitum ponti[illegible]
cum, dicat optimus vir, quæ nam s[illegible]
illa planta, quæ à Matthiolo pro aco[illegible]
nito pontico est descripta.

De[illegible]

De ellebori electione, ac duratione.

CAP. III.

[C]VM omnis planta pro terræ, ac
[C] cœli varietate melior, ac dete-
[rio]r naſcatur (nam ſingulæ peculia-
[re]n, & naturæ ſuæ propriam terram
[po]ſtulant,) nõ eſt ignorandum, qui-
[bu]s in locis ellebora meliora orian-
[tur], elleborum album naſci in mon-
[ta]nis, frigidis, & aſperis locis, optimi
[qu]ique auctores tradunt. Cyrenai-
[co] primas tribuit Dioſcorides, Oetę-
[u]m vero, ponticum, eleaticum, &
[m]aſſaloiticum, optima eſſe, ac vſita-
[tiſſ]ima, hiſque, & aliis omnibus oe-
[tæ]um, & antycirinum, præferenda
[eſſ]e arbitrãtur Theophraſtus; ac O-
[rib]aſius, galaticum, cappadocium,
[arm]enum, & alia quoque deteriora
[eſſ]e, aſſerentes, quod tamen in Italia
[na]ſcitur, non eſſe ſpernendum Braſ-
[ſav]olus ſenior arbitratur, quamuis
[mi]nꝰ validum, quam alia experiatur,
[&] Petri Diuerſi ſententia.
Mihi relatum eſt ab experto her-

 bario,

bario, elleborum Italicum naſci co-
pioſe in ditione Mutinẽſi penes quę-
dam montem, ſeu locum Seſtulam
appellatum. Elleborum nigrum ori-
tur in collibus ſiccis, & aſperis, & v-
bique fere locorum, probatiſſimum
tamen, & optimũ in Anticyra, quæ
in Locride, ſeu Phocide eſt ſita, in
Helicone, in Parnaſſo, & Ætolia
prouenit.

Et quoniam ſæpenumero ignorã-
tur loca, ex quibus decerpuntur plã-
tæ, ea propter ex quibuſdam notis
probatiſſimæ cognoſci debent. *Elle-
bori* igitur *albi radices*, quæ ex vniuerſa
planta ſolę in vſum veniunt, ſicut &
nigri *debent eſſe candidæ intus, foris ver*ò
pallidæ, fragiles, carnoſæ ſine vlla macula
*modice extentæ, nec tamen iunci modo mu-
cronatæ, intus tenuem medullam habere, &*
guſtu non admodum feruentem, nec ſaliuã
inde cientem: huiuſmodi enim ſtran-
gulant, *& cum franguntur, puluerem non*
emittere, ſed fumidum quoddam. Nigri
vero radices debent eſſe corpulentę,
plenæ tenuis medullæ, acuti ſaporis

Selectus radicis ellebori albi.

Delectus radicis nigri.

feruentis, coloris vt asari, frangi-
es, leues, nec tenues, nec crassæ,
c veteres, nec recentes, quarum
put cœposum, ex quo prodeunt,
iici debet.

Vtriusque ellebori tota radix eligi
n debet, sed earum cortex carno-
; tantum & interior medulla abii-
enda est, nec non tota radix cœpis
rsimilis.

Nec sufficit solum scire, quibus in
cis colligendæ sint, sed est opus et-
n nosse, quo tempore colligi de-
ant, vt eo tempore euellantur, *quo*
res suas efficaciores habent. Ideo albi
dices mensibus vernalibus colli-
ndæ sunt, & in altissimis montibus
Dioscoridis, ac Plinij sententia, in
arũ succisione caput aggrauari ve-
res experti sũt, auctore Theophra-
, ideo celeriter effodi, & allia præ-
mi, vinumque præsorberi ipsi præ-
ciebant. Nigri vero radices vere,
l æstate excerpi debent, vt scribit
esue, in quarum collectione super-
tiosa antiquitas sub religionis spe-

Radices albi quando & vbi colligendæ.

Quando & vbi radices nigri.

cie obſeruabat, vt primum gladi[illegible] plāta circumſcriberetur, deinde qu[illegible] exciſurus erat, ortum ſolis ſpectaret[illegible] & precaretur, vt id liceret ſibi per[illegible] mittentibus Deis facere, obſeruaret[illegible] que Aquilæ volatum, quæ ſeu potiu[illegible] dæmon ſub ſpecie aquilæ, incidenti[illegible] bus intereſſe ſolebat, & ſi prope ad[illegible] uolaret, moriturum illo anno illum[illegible] qui ſuccidebat, augurium erat. Ho[illegible] etiam elleboro priſci illi domos ſuf[illegible] fiebant, ac luſtrabant, ſeu purga[illegible] bant, ſeſe aſpergentes, & pecora cu[illegible] precatione ſolemni, vel excantatio[illegible] ne quadam.

Quandiu vis ellebori vtriuſque conſeruetur.

Vim vtriuſque ellebori conſerua[illegible] ri per triginta annos ex quorundam opinione teſtatur Plinius, quod ta[illegible] men falſum eſſe firmiter exiſtimare[illegible] debemus, nam triennio tātum, ve[illegible] paulo plus etiam ex Syluij ſententia facultates ſuas ſeruare poteſt.

Sed ne in lectione, ac compoſitio[illegible] nib⁹ Græcorum, ac Mauritanorum, quæ elleborum recipiunt, cum elle[illegible] bori vt ſcripſimus, duo ſint prima ge[illegible]

nera

ra, errare contingat, animaduer-
ndum eſt, Hippocratem, alioſ-
ue veteres elleborum album, ſim-
iciter elleborum ſine albi adiectio-
e; elleborum vero nigrum cum ad-
ctione nigri, nominare, ita vt cum
leborum ſimpliciter prolatum re-
ritur, ſemper album ſit intelligen-
um, ſicut teſtatur Galenus *lib.5. aph.*
lib.12. de fract. Arabes autem per el-
borum ſimpliciter prolatum, ni-
um velle, ideo in eorum compoſi-
onibus nigrum, in Græcorum ve-
medicamentis album recipien-
um erit.

Quid per elleborum ſimpliciter & ſine cognomine apud Hippocratem & quid apud Arabes intelligendum.

---

e ellebori facultatibus, & ob quas rationes vitandum eſſe videatur.

CAP. IV.

QVo ad ellebori tēperamentum, auctores græci vt Galen. *libro 6.* *mpl.* Oribaſius *lib.15. collec.* ac Paulus *b.7.* aſſerunt, vtrumque elleborum xcalefacere, & exiccare ordine ter-o, nigrum tamen guſtu calidius eſ-

ſe, candidum vero ſubamarum. Meſue vero arbitratur, nigrum calidum, ac ſiccum eſſe ordine tertio, album calidum, & ſiccum in medio tertij, quod teſte Dioſcoride vomitione varios, craſſos vero ac viſcidos auctore Aetio, & ſeceſſu expurgat, atrabilarios etiam extrahere, & ichores pręter Braſauoli ſentētiam patet ex curatione eorum morborum, qui ab huiuſmodi ſuccis vitioſis fiunt, vt infra erit manifeſtum,

Elleborum album ab arte medica relegandum eſſe, ſcripſerunt Auerroes, ac Meſue; iſte quia præfocationem timet, ille vero ratione nimiæ attractionis, propter quod inter venena enumerat. His auctoritatibus alias etiam ego addo, fortaſſe maioris ponderis: ſcribit enim Ariſtoteles *lib. 1. de Plant. cap. 3.* hyoſciamum, ac elleborum hominibus eſſe venena, & Alexander Aphrod. *in præfatione problematū*, veratro coturnices, cicuta ſturnos veſci, quæ hominibus toxica ſunt, Galenus etiam *lib. 6. epid.*

com.

m.5.t.35. ſcriptis tradidit, in Dori-
e, Bœotia, ac Theſſalia plurimos
x eſu coturnicũ muſculorum diſtẽ-
onibus fuiſſe correptos, quoniam
leboro veſcerentur, idemque qui-
uſdam Athenis accidiſſe, qui co-
rnicibus ſeſe impleuerant. Cotur-
ces antiquorum Romanorum ci-
s damnatæ fuerunt, quod elleboro
eſcerentur, ac pingueſcerent, ac co-
itiali morbo corriperentur. Co-
rnices vero (vt hęc obiter ſcribam)
o multorũ ingluuiem, eſſe impro-
, ac noxij ſucci, manifeſtum eſt au-
oritate Diui Hieronymi, qui ad
audentium ſcribens teſtatur, Do-
inum Iſraelitico populo cupienti
Egyptias carnes, vſque ad nauſeam
vomitum coturnices præbuiſſe, vt
opulum illum puniret, nam illi de-
eti iam cibis ſolidis veſci, auidiſſi-
e ſeſe carnibus replentes, non ſo-
m ob multam carnium copiam, ve-
ametiam ob malignitatem illarum,
ermultos lethalibus morbis corre-
tos, intetiiſſe, vt vocatus ſit locus il-
le,

le, ſepulchrum concupiſcentiæ. Prę-
terea (vt ad rem noſtrã reuertamur)
aliqui etiam nimis timidi aiunt, non
ſolum ab elleboro, verumetiam ab
aliis validis medicamentis abſtinen-
dum eſſe, quoniam hominum natu-
ræ noſtri ſeculi ſunt imbecilliores,
vires magis fractæ, quam erant anti-
quorum temporibus, in quibus erãt
fortes, ac validę, & vitæ hominum
nunc etiam breuiores, quam antea.

Probatur auctoritatibus antiquorum, & recentiorum, nec non ratione, ellebori vſum eſſe tutiſſimum, ac vtiliſſimum.

CAP. V.

NOs tamen ſi Medicorum vete-
rum auctoritatẽ amplecti, neo-
tericorum experimenta haud ſper-
nere, & rationibus acquieſcere, veli-
mus, ellebori albi vſum vtiliſſimũ, ac
tutiſſimum eſſe etiam noſtro ſeculo,
manifeſtum erit, ſicut ego felici cum
ſucceſſu meo periculo expertus ſum.
Scimus enim apud artis noſtræ parẽ-
tem

m Hippocratem ellebori non so-
m frequentem vſum, verumetiam
magna fuiſſe exiſtimatione, vt i-
e integrum librum de illo elucu-
auerit, quamuis illius quædam tá-
m fragmenta, ſeu lineæ ad manus
ſterorũ peruenerint. Alios etiam
tiquos ellebori habuiſſe frequen-
m vſum ex Theophraſto inter ve-
res Medicos celebri, cognoſcere
ſſumus, dum aſſerit, optimum ac
itatiſſimum elleborũ eſſe œteum,
nticum, eleaticum, ac Maſſaloiti-
i, ita vt etiam pecudes hoc elleboro
ſcantur. Plinius quoque grauiſſi-
us auctor ſcribit, ellebori vſum ad-
promiſcuum fuiſſe, vt pleriq; ſtu-
orum gratia ad peruidenda acrius,
æ commentabantur, ſæpius ſum-
erint, vt peculiariter fecit Carnea-
s Academicus, qui ſcripturus ad-
rſus Stoici Zenonis libros, candi-
elleboro ſuperiora purgabat, ne
id ex corruptis in ſtomacho hu- *Hiſtoria.*
oribus, ad domicilia vſque animi
dundaret, & conſtantiam, vigoré-
que

que mentis labefactaret. Drusum quoq; tribunorum popularium clarissimum constat hoc medicamento comitiali morbo liberatum esse in Anticyra insula, vbi tutissime sumebatur ꝑpter sesamoides permixtionem. Galenus etiam, cui non solum ars nostra; verũ & totum genus humanum plurimum debet, elleboro, vt occasio ferebat, vtebatur, & potissimũ in quartana febre, in qua illud & in radiculis, & in substantia propinabat. Oribasius inter auctores Græcos clarissimus Medicus *lib. 7. suorum collec. elleborus*, inquit, *grauissimus videtur ad bibendum, quo circa plerique Medici, & ægrotantes hoc medicamentũ refugiunt: verum si quis totam artem, atque apparatũ ipsius cognoscens det, is neque quicquam facilius esse elleboro; & ipsum perspicue euacuationem moliri, & nihil penitus mali cõmittere plane intelliget; lib.* etiam *8. cap. 3.* ait; *datur in morbis recte constitutis, vbi est opus breui, & expedita curatione, & qui recte restitui à cæteris remediis nisi longiore temporis spatio non possunt, id enim ex elleboro*

Auctoritas Oribasij.

o lucrifacimus, vt statim perficiat id,
od ars ipsa pollicetur: & *in fine illius capi-*
subdit, *in quo vero medicamẽtum ex-*
ti sine periculo fuimus, eumque timorem,
circumstare solet, abiecimus, ei since-
n, purumque elleborum dedimus. Qua
nni verborum serie nescio, quidnã
rius, & melius optari possit, vt si-
timore elleborum ad vsum reuo-
ri debeat.

Et quamuis hæc sola Oribasij au-
oritas sufficere posset, nihilomin⁹
as etiam addam.

Aetius, qui post Oribasium cele- *Aetij.*
is fuit, *in ser. 3. cap. 122.* & *123.* scribit,
eborum posse corpora transmu-
re, ac permutare, temperaturam i-
orum recẽtiorem, ac robustiorem
icere, & multos accepto elleboro
nil vomuisse, vtilitatem tamen nõ
norem percepisse, quam qui pur-
ti fuerant.

Paulus Ægineta, qui simia Galeni *Pauli Æ-*
ncupatus est *lib. 7. cap. 4.* testatur, *ginetæ.*
eborum conuenire in acutis, ac
iturnis morbis, & maxime ido-
neum

neum esse vtero, ac vesicæ, & *cap. 10.* ait; dandum esse diutine ægrotanti-bus, & ex forti morbo, & qui ex aliis auxiliis salutem desperarunt, eo, quod morbus sit ipsis fortior.

Cælij Aureliani.

Cælius Aurelianus, qui Galeno prior fuisse creditur *lib. 3. acut mor. cap. 13* ait elleborum tardis duntaxat passionibus conuenire, minime acutis esse medicamẽtum conueniens; Idē eo in *lib. 1. tar. pass. cap. 4.* in curatione epilepsiæ proponit illud longe ante futuram accessionem esse propinandum, & *lib. 4. cap. 3.* in cœliacis probat illius decoctum, vel radicibus infertum, quod catagecton appellari ait.

Cornelij Celsi.

Cornelius Celsus, qui solus ex veteribus latinis extat, qui de medicina scripserunt, *lib. 3. cap. 23.* docet in curatione epilepsiæ, si primis adhibitis remediis nõ possit profligari, seu finiri, confugiendum esse ad elleborum album, ac ter quoq; aut quater eo vtendum, non ita multis interpositis diebus, quod remedium in eo-

dem

em morbo exhibendum proponit Alexander Trallianus *lib.5. cap. 15.* Vt item satisfaciamus illis; qui arbitrantur, imbecilliores nunc esse naturas, immutata temperamenta, & decurtatos esse vitæ terminos, ita vt homines nostri, sicut antiquioris seculi vim ellebori perferre non possint; in medinm afferam etiam autoritates illustrium nostri temporis Medicorum, qui ellebori vsum probant, ac suadent, vt amplius null⁹ debeat esse dubitandi locus.

Obiectio.

Responsio.

Autoritates eorum, qui ellebori vsum probant.

Ioannes Manardus sua tempestate omnium medicinæ professorum per vniuersam Italiam, in Græcorũ, præsertim Galeni doctrina, & Arabum censura celeberrimus, *in annotationibus Ioannis Mesue* scribit, *Pau... tempore vtebantur elleborismo per album ... hoc etiam tempore illud, quod bonum ..., non puto esse venenosum*: Et respondens auctoritati Hippocratis, qui ait, elleborum esse molestum illis, *quorum sana sunt corpora, experientia*, inquit, *... ta didici, operationem illius non esse dif-*

Iohannis Manardi laus.

ficilem, neque aphorismum propositum [...] *bare, siquidem alia quoque expurgantia* [...] *xia sint.* Iacobus Syluius peritissim[...] Medicus *in interpretatione librorum* *iusdem Mesue* per eadem fere verba [...] nit in Manardi sententiam. Anto[...] Musa Brasauol⁹ vir nominis celeb[...] tate, eruditione, rerumque vsu [...] mini secundus *in examine simplici[...] medicamentorum* scriptis reliquit su[...] scriptam sententiam; *olim ellebor[...] album in vsu erat frequētissimo apud H[...] pocratem, & Galenum, quia moleste e[...] cit, relictum est, & nigro solo vtimur; n[...] iterum album in vsum venit: correctum [...] nim mire educit, ego drachmam albi sum[...] nunquam minus molestam euacuation[...] habui; & quibusdam insanis correctum [...] hibui, & mire profecit:* & paulo inf[...] ait; *albo elleboro vti cœpimus, quod miti[...] redditum arte, atra bile laborantes, & sc[...] bie gallica affectos mire sanat, vt quotidi[...] na experientia demonstrat, sed optime co[...] rigendum est.* Præterea *in libro 4. Apho[...] com. 13. antiquitas*, inquit, *& album, [...] nigrum propinabat; recentes à trecentis a[...]*

Iacobi Syluij.

Antonij Musæ Brasauoli.

nr

itra nigrum exhibent, album dare non nt, nos tamen antiquiores imitati v- ique cum expedit, præbemus. Nico- Machellus, qui tractatum de bo gallico in gratiam Medico- collegij Mutinensis confecit, p atione ipsius tabis gallicæ suadet confugiendum ad elleborum, prauí humores ad os ventriculi ientur, & morbus est contumax, ifficilis ad curandum. Gabriel opius non solum Medicus erudi- nus, verum etiam philosophus, natomicus præstātissimus *in tra- simplicium medicamentorum purgā- cap. 69.* asserit; *Arabes timent sum- re elleborum, græci vero, & nos non imemus ipsum.* Petrus Sali⁹ Diuer. qui fuit Medicus acri ingenio p- s, in Galeni doctrina admodum atus, ac in vniuersa Flaminia ma- nominis, *in tractatu de morbis par- ribus* ait, vsum ellebori inchoas- illius infusione, quam cum pro- re nullo subsequente incommo- omperisset, postea illius deco-

Nicolai Machelli.

Gabrielis Fallopij.

Petri Salij Diuersi.

ctum fœliciter propinaſſe, & tāde
abiecto omni timore idem in ſubſt
tia, & in puluere comminutum a
miniſtraſſe, experientiaque duce c
gnouiſſe, hoc medicamentum eſſ
vtiliſſimum, omnique periculo ſu
focationis, aliorumq; accidentium
quæ illi aſſcribuntur, ſi recte præp
ratum exhibeatur, carere. Hierony
mus Mercurialis in Italia, & trans
taliam clariſſimi nominis, & Flam
niæ noſtræ decus, ac ſplendor *in l.*
priori libro conſultationum pro quodam i
uene furioſo leuioribus prius adhibiti
conſulit propinandum eſſe ellebo
riſmum veteribus vſitatum, *vbi eni*
mediocria, (inquit ille) *minime auxilia*
tur, niſi vis aliqua adhibeatur, ſolent huiu
cemodi morbi indies incrementum ſuſcip
re, & tandem mortē vel quid deterius mo
te, inferre. Et *lib. 2. var. lect. cap. 25.* ſcr
ptum reliquit; non eſſe mirum, ſi dum
leuia medicamēta ſectari ſtudemu
valentiora dimittentes in curandi
ægris ab antiquioribus tum celerita
te, tum etiam ſecuritate non raro ſu

Hieronymi Mercurialis.

pera

ramur, omitto recenſere aliorum
ctoritates, & ſolũ meum, ac exor-
tarum experimenta afferam, qui
quenter melancholicis, maniacis,
lepticis, cõuulſis, præfocatis mu-
ib⁹, & aliarum ægritudinum gra-
m laborãtibus etiã in multa men-
a cum hypericone, ac ſaccharo
aceo fælicibus ſucceſſibus propi-
it. Ego accitus ad curatione Lau- *Auctoris.*
xoris Pauli Lanionis, quæ corri- *Hiſtoria.*
batur quibuſdam rigoribus ſine
re primum per interualla longio-
& poſtmodum breuiora, vt ſingu-
ioris ter, & quater, & ingraueſcẽ-
norbo etiam ſæpius torqueretur,
nt autem rigores validi, ſed bre-
cum totius corporis cõcuſſione,
itum medicamenta, vt lapis cya-
us, & lapis armenus, vt amittant
andam prauam qualitatē, ex qua
mitus cōcitatur, alĩa vero propter
os fines, vt acrimonia, vel ſordi-
s, vel puluis, aut odor prauus, ac
rus auferantur; aliqua vero, vt te-
iora, ac penetrabiliora euadant.
eborum tamen non eget lotione,
ia caret ſcriptis qualitatibus, niſi
didus, vel pulverulētus eſſet, cor-
ere autem poſſumus, & imminue-
, ſeu obtundere illius vim purga-
:iam cum infuſione, coctione, ac
tura, ſeu potius inciſione, vel ab-
ione.

Quæ egeāt lotione.

Elleborum non egere lotione.

Elleborum quomodo corrigatur.

---

m quibus liquoribus fieri poſſit ellebori infuſio: de quantitate vtriuſque, ac de infuſionis tempore.

CAP. XVI.

NFVSIO, ſeu maceratio ellebori
fieri poteſt cum diuerſis liquori-
s, cum aqua, vino, aceto, iure car-

 nium,

nium, variis decoctis, vt cordialibu[s] vel ſtomachicis appellatis, cum mu[l]ſo œnomele à grçcis dicto; vino me[l]lito, quod ex vino & melle paratu[r] præterea cum mulſa, ſeu aqua mulſ[a] vel mellita, quæ mellicratum, vel hy dromel nuncupari ſolet; cum ſap[a] quæ ſirreon, ac epeſma vocatur, cu[m] paſſo; quod eſt vinum ex vuis paſſi[s] confectum, vel etiam cum oleo amy gdalarum recenti.

Circa infuſionem duo notanda.

Circa quam infuſionem duo ve niunt definienda, quantitas liquo ris, ac ellebori, & infuſionis tem pus.

Quæ obſeruanda in liquore, in quo infuſio fit.

Quo ad quantitatem liquoris, [ſi] liquor dũtaxat abiecta ellebori ſub ſtantia offerendus eſt, tantum liquo ris ſumatur, quantum ſat ſit ad im mergendum elleborum; Sin autem ellebori ſubſtantia offerenda eſſet conuenit liquoris mẽſuram vberio rem eſſe: nam cum liquorem exhi bendi intentio eſt, ſtudendum eſt, vt facultas ellebori tota relinquatur in liquore, quæ in minori quantitat[e]

ma

gis elicitur. Quod si elleborum
rrigendum sit, cum liquor adhi-
itur, vt elleborum prauam natu-
n exuat, vberior liquoris mensura
gis idonea est, ex qua magis elle-
rum corrigitur.

Ex parte etiam liquoris expedit
inte infusionem ipse calefiat, & su-
i cineres calidos, vel alia ratio-
calidus seruetur, vt calore liquo-
vis ellebori purgatoria extraha-
:.

De quantitate ellebori.

Vt autem ellebori quantitas con-
niens statui possit, non est admo
m facile, cum nouerim penes do-
ssimos viros cõtrouerti, an medi-
menta vberius in substantia, quam
diluto purgare valeant, mihi tamẽ
rior sententia illorum videtur, qui
lunt medicamenta in substantia
hemẽtius purgare, quã in infusio-
, & propterea maiorem quantita-
m medicamenti esse sumendam
diluto, minorem in substantia.
am cum elleborum, & cætera hu-
s generis medicamenta talem pos-
sideant

Medicamenta in substantia vehementius purgare quam in infusione.

ſideant vim purgandi à tota eoru
ſubſtantia, vt ait Galenus *lib. de The*
ad Piſonem, vel, vt alij dicunt, à form
ſpecifica, quæ ex Auerrhois ſenten
tia *in lib. 5. collect. cap. 21.* ex quadan
elementorum miſcella conflatur, ra
tioni conſentaneum eſt, vt eoru
ſubſtantia magis purget, quam infu
ſio, in qua nō poteſt tota vis purgan
di à medicamentis elici; ſed aliqu
pars ſemper in ipſa reſidentia retine
tur; hæc de quantitate.

Quandiu elleborū infundendum.

De tempore vero, ellebori mace
ratio fieri debet *per diem naturalem*, v
Galenus, & Oribaſius docent. Nam
duriora, vt ſunt radices, lōgiori tem
pore maceranda ſunt; minori tem
pore, quæ ex leui, ac tenui ſubſtanti
conſtant. In vino tamen aliqui per
noctem tantum elleborum ſinunt;
fortaſſe quod vini caliditas, ac tenui
tas citius vim ellebori extrahat, de a
liis vero conditionibus ad hanc
macerationem attinenti-
bus inferius agam.

(∴)

De

*, coctione, incisione, & abrasione elle-
ori.*

CAP. XVII.

LTERA ratio corrigendi elle-
- borum est per coctionem, pro-
coctio fit elixatione, & non assa-
ne, vtroque enim modo coctio
ficitur: quæ elixatio adhiberi po-
non solum, vt elleborum corri-
ur, verumetiam vt eius purgandi
ltas in decoctione remaneat, in
elixatione animaduertẽdum e-
vt ignis non sit validus, sed blan-
, ac mitis cum lignis exiccatis, ac
cibus paratus, vel potius cum o-
nis carbonibus ignitis, quoniam
hementi, ac flammeo facultas
bori, sicut & aliorum expurgan-
n absumitur, à blando vero ac le-
etinetur.

Quid in coctione seu elixatione obseruandum.

Liquor autem, in quo facienda est
atio, vt vis illius eliciatur, debet
simplex, & omni extranea qua-
te expers, vt serum, vinum, & alia
hu-

Qualis esse debeat liquor.

huius generis, quorum selibra, ve
paulo plus, minusue recipi poterit
& fieri leuis, seu mediocris coctio, v
ex. gr. ad consumptionē quartæ par
tis, vt peculiariter inferi⁹ explicab
mus, quoniam radix ellebori non e
de genere illarum, quæ valde dur
sunt, sed quæ mediocria sunt, & cun
ad vsum tantum siccæ recipiantur, i
quibus sicut & in aliis siccis simplici
bus facultas illarum purgatrix in ex
timis partibus sita est, si illæ multum
decoquantur, omnis fere earum vi
absumitur.

Radices ellebori non esse diu coquendas & cur.

bVsu etiam receptum est, vt ellebo
rum corrigatur cum raphano, vel cu
citonio: frusta enim ellebori in ra
phano insiguntur, ac per integram
noctem, vel etiam diem retinentur
In citonio etiam radices induntur
ac citonium in pasta inuolutum in
furno decoquitur. Et quamuis hæc
præparatio videatur quędam assatio
& non elixatio, appellatur tamē hæc
decoctio elixatio à Mesue, quia hu-
more, & liquore citonij efficitur to

Correctio ellebori cum raphano.

Cum cytonio.

ti

coctio. Non est tñ negandum, esse
am assationẽ ellebori, sed media-
n, citonij vero immediatam, cu-
assatio est manifesta. Aliqui etiã
ebori radices in vino citoniorum
illire faciunt.

Vltimus modus, quo aliqua medi-
nenta castigãtur, erat tritura, cum
a prauæ medicamentorum facul-
es difflentur, & euanescant, sicut
cammonio, ac colocynthide vsu
nit, quæ tamen ratio pro ellebori
ligna qualitate emendanda nihil
iat, sed potius ei⁹ deiectoriam fa-
tatem auget, ac periculosam red-
. Ideo ratio aliqua haberi debet
ellebori tritura, seu incisione, vt
n vtilitate, & absque periculo ex-
leri possit, nam Oribasius *lib. 8. cap.*
ex Archigene docet, elleborum
tius incidendum esse, quam in
nenta adigendum, duplici de cau-
primo quod in diuidendo ellebo-
n in ramenta, id æqualiter fieri
n possit, secundo quod puluis,
in vibrationib⁹ efficitur, ibidem
resi-

Tritura elleborum non posse corrigi.

Cur elleborum potius incidendũ, quam in ramenta adigẽdum.

resideat, qui inæqualem, ac suffoca-
tem purgationem facit. Nam cu
adhæreat, ac infigatur tunicis ven-
triculi, irritando virtutem expultr-
cem inæqualem euacuationem,
lancinando suffocationem excita-
Postea ex Antyllo explicat effectu
qui ex varia ellebori abrasione se-
quuntur, elleborum videlicet in ra-
menta derasum celeriter purgatio-
nem incipere, ac plerumque hora
duas non excedere, bilemque ac p-
tuitam sine multa turbatione edu-
cere, & purgationem intra quatuo
vel quinque horas finire: illud vero
quod parti crassioris farinæ est simi-
le, & multo magis, quod in puluer
est redactum, tardissime agere, vt sæ-
pe post quatuor, vel quinque hora
incipiat omne genus bilis, ac pituita
educere, non sine conuulsionis, &
nimiæ purgationis periculo, ob n-
miam purgandi prolixitatem. *In lib.*
autem *7. cap. 27.* tradens meliorem v-
tendi rationem, ait, optimum vsum
ac validissimum esse, vt elleborum q
qu

e ac polenta contusa incidatur, si cum medulla; siue secus, quod n differat cum ea, neque iuuet, ne- e noceat, incidendum autem esse ualiter, & si mitius purgare volu- , paulo maiores particulas facien- s esse. Si vehementius, tenuiores; l non multo; & quod melius esset, b vna radice, quæ sit ęqualis suma- quantum oporteat, & quæ inci- ntur, sint æqualia inter se, sin mi- s, curandum esse, vt quæ crassiora it, æqualis crassitudinis cũ tenuio- ius efficiantur. Quod si particulæ nodum exiguæ fuerint, periculũ ; ne longa, & suffocationes affe- is, purgatio consequatur. Modum am incidendi ex Archigene tra- *lib. 8. cap. 2.* crassam virgam secan- n esse per rectum semel vel bis p. ssitudinis ratione, tum ad latera ctandum esse, vt partes æquales ; earumque tanta sit magnitudo, anta est pultis non paruæ: incisus m in tenuiores partes intensius gat. Virgas vero tenues per lon-

Quomodo incidendum.

 gitu-

gitudinem diuidi debere, vt virg[illegible] explanentur, inferius poſtea explicans, quomodo inſanienti cum tuſſi elleborum exhibere oporteat, ait *elebori virgulas in fruſta moderata ſecabis* Aetius quoque *in ſer. 3. cap. 131.* paucis verbis eadem fere docet, accipiendas eſſe feſtucas, ſeu virgulas & ad polentæ, vel furfurum magnitudinem forcipe conſcindendas pulullum linteo extergendum, ac omnes tenues particulas detrahendas eſſe ne fiat ſtrangulatio.

De modis infundendi, ſeu macerandi elleborum, ac quibus infuſio ipſa conueniat.

CAP. XVIII.

Tres eſſe propinandi elleborum modos.

TRES ſunt propinãdi elleborum rationes: vna ex diluto, ſeu maceratione, alia ex decocto, & tertia ex tota ipſius ſubſtantia, vt auctoritate Aetij & experientia cõpertum eſt: quarum prima eſt magis tuta, ac lenis, ita vt ex ſententia Oribaſij, &

Aeti

etij possit porrigi senibus, pueris, ac
;, qui laxiorem habent habitũ, qui-
ıs mens exoluta est, quique facile
:angulantur, & qui morbum solu-
ı facilem habent. Appellat autem
etius infusum ipsum, seu infusi sub-
ıntiam, cremorem.

Modum parandi infusionem el-
bori explicant præcitati auctores,
est, vt *recipiantur drachmæ quinque ra-
entorum ellebori, aquæ pluuialis hemina,
ı cotyla attica dimidia, quæ vncias quin-
ıe pendet, & ad triduum maceratio fiat,
inde colo traiiciatur, ac in duplici va-
calefiat & totum dilutum exhibeatur.*
ui modus infundendi mihi non
'obatur, eo quod in aqua simplici
ısque alterantibus fiat, & ellebori
mia quantitas accipiatur. Alium
men Oribasij laudo, & est, vt *in ma-
'atione facienda in aqua per diem, ac no-
:m, indatur origanum, vel absynthium:
l* ex aliorum sententia *thymus, vel
lamentum, vel anisum, vel daucum, vel
trofelinum, vel hyssopum*, quæ pro cor-
ctione prauæ qualitatis faciunt.

Modus parandi infusionem ab autore non probatus.

Modus Oribasij ab autore receptus.

In quo liquore facienda.

Loco aquæ cõmendantur alij liquores, de quibus ſupra egimus. Ego tamen cæteris præfero vinum album, & maxime maluaticum, in quo ſi vna cum elleboro aliqua correctoria imponantur, erit dilutum valde tutum, ac præſtans in purgando: nam in vino paratum dilutum, vt ait Oribaſius, nigros humores magis educit, præterquam quod omnibus venenoſis rebus, ſeu venenis ſit aduerſarium ex Dioſcoridis, ac Celſi ſententia.

Ad vigorãdam ellebori facultatem purgatoriam.

Quod ſi intentio eſſet augendi facultatem purgatoriam ellebori, ſeu vt dicitur vigorandi elleborum, poſſunt vna cum elleboro in maceratione iniici epithymus, vel polypodium, vel ſal indum, aut aliud ſimile.

Ad mitigandam.

Qui autem exoptant leuiorem, ac mitiorem purgationem, poſt dilutũ exhibeant polentam hordei, vel oryzæ: Galenus *in lib. quos, quando, &c.* ac *lib. 3. de fract. com. 48.* & *lib. 2. de artic. com. 50.* docet, vt leuis, ac blanda fiat purgatio, vt fruſta ellebori in raphano

o infigãtur, ac per diem, ac noctem
phanus in aceto mulſo maceretur,
latoq; elleboro raphanus, aut am-
bus reiectis, ſolum oxymel exhi-
eatur. Paulus *lib. 7.* aſſerit, ellebori
ſtucas in foramina raphani ſtimu-
arundineis facta indendas eſſe, &
r integram noctem ſinendas, poſt
latis feſtucis, raphanum in fruſta
candum, & in aceto mulſo porri-
ndum, vt tranſactis horis duabus
mitus digitis, ſeu pennis prorite-
r, menſura vero ellebori erit à ℨ.ij.
que ad vj. pro virium ægrotãtis ra-
ne, & corporis apparatu. Ego ta-
en raro tranſcenderem drachmas
ias; Raphani autem debent eſſe a-
es, & teneri, vt Oribaſius *libro 8.*
ribit.

---

varijs modis coquendi elleborum, ac de eclegmate conficiendo.

CAP. XIX.

ECVNDVS modus dandi ellebo-
rum eſt per decoctionem, quę pa-
ri poteſt cum ſupra ſcriptis liquo-

 ri-

ribus, & potissimum cum vino, in quo facta ebullitione, si mitiorẽ desideramus purgationem, vinum illud reiicitur, & nouum superinfunditur, & facta denuo decoctione, elleborum per noctem infusum maneat, postea abiicitur, ac vinum in diluculo exhibetur. Quod si opus sit maiori efficacia, ac robore, vinum primæ decoctionis facta per noctem maceratione propinatur.

Oribasius, Paul⁹, & Aetius ex Archigene, & Herodoto testãtur, porrigi etiam posse ellebori decoctum ad formã eclegmatis redactum, sed multum dissentientes sunt in assignanda mensura ellebori, aquæ, ac mellis, in macerationis tempore, ac in eclegmatis quantitate dãda; Nam Oribasius *lib. 8. cap. 2.* ex Archigene recipit ellebori ℔. j. Aquæ sextaria sena, hoc est, ℥. cxx. seu ℔. x. ex Herodoto autẽ ℔. v. tantum. Aetius in *serm. 3. cap. 130.* capit ellebori ℔. j. aquę ℥. xl. seu ℔. iij. & dimid. & ℥. iiij. Paulus tamẽ grauissimus auctor vna cum

He-

erodoto pro libra ellebori recipit .v. aquæ, quæ cum ſit mediocris ıantitas,& media inter has opinio- ;s, mea ſententia eſt recipienda. ɔſtea Oribaſius ex Archigene, & .erodoto iubet, macerationem tri- ıo eſſe faciendam, cui aſſentitur eti⁹, diſſentit vero Paul⁹, qui quin- ıe diebus macerãdum elleborum ſe ſcribit, cui tamen in hac parte ɔn adhæreo, ſed magis communi ɔinioni, vt Iuriſperiti faciunt.

Quantum ellebori & quantum aquæ pro conficiendo eclegmate ſit ſumendum, quam diu macerandum.

Facta maceratione ſequitur ebul- tio, ſeu coctio, quæ fieri debet cum runis mitioribus, ſeu lento igne ad ɔnſumptionem medietatis ex Ar- ıigene, ad conſumptionem tertiæ ıntum partis ex Herodoto, & ex aulo, donec tertia pars remaneat, : ex Aetio decoctio fiat ad tertias, oc eſt, ad conſumptionem duarum artium, vt vna pars ſuperſit, vt opti- ıe ſcribit Galenus *in lib. 8. de comp. ıed. loc. in fine capitis ſecundi*, in qua o- ihionum varietate ad memoriam euocare debemus ea, quæ *in cap. 17.*

Coctio & circa eam diſſenſiones.

 ſcri-

ſcripſimus, res nempe varias recipe re decoctiones pro diuerſitate ſubſtantiæ illarum; & radices eſſe in numero illarum, quæ mediocres ſunt & ſiccæ in vſum veniant, & propterea decoctionem illius fieri debere quouſque liquoris, in quo elixatur abſumatur tertia, vel ad ſummum dimidia pars, nam elixatio ad duarum partium conſumptionem competit tantum rebus admodum duris.

Modus cōficiendi eclegma.

Vt deinde poſſit eclegma confici, oportet virgulas diligenter expreſſas abiicere, & addere mel ſimpliciter ex Oribaſio, & Paulo; mel vero deſpumatum, ac primarium ex Aetio, cuius menſura etiam varia eſt penes relatos autores, Archigenes libris quinq; decocti addit libras tres mellis, quod eſt aliquid ſupra mellis dimidium. Herodotus vnciis quadraginta decocti adiicit vncias viginti mellis, quæ faciunt decocti medietatem. Paulus recipit eandem mellis menſuram. Aetius vnciis treſdecim decocti apponit vncias viginti

Menſura mellis.

quatuor mellis, vt ita excedat mul-
m decocti pondus mellis mensu-
. Tandem decoquunt vsque ad ec-
gmatis consistentiam, vel ad mel-
compagem, seu crassitudinem, &
poni iubent in vase argenteo, seu
treo, atq; asseruari adhibita cura,
: euaporet, cuius dare oportet ho-
ini pręparato, ac robusto ad mystri
oderati quantitatem ex Archige-
:, & Herodoto, & sic vehementer
ırgabit sine tamen strangulationis,
[illegible] alteri⁹ symptomatis timore, quẽ
[illegible] purgatio solet incutere: illi ve-
, qui non admodum purgãdus est,
ochlearia duo exhibenda sunt, quã-
s Aeti⁹ asserat sine discrimine ma-
ıum cochlear propinari posse ad
elingendum. Quod si nolint ægro-
ntes delingere, potest liquefieri
ım aquæ, ac mellis modico, seu cũ
ia sorbitione: si autem magis deuo-
re placeat super calidum cinerem
pagmentetur, & catapotia confi-
antur ad deglutiendum: Aeger ve-
o antequã assumat huiusmodi me-

Eclegmatis dosis.

Modi exhibendi.

Quid ante vsum eclegmatis obseruandum.

dicamentum, oportet, vt vomitio-
nibus assuescat, vt etiam superius est
dictum, ieiunus sit præassumptos ci-
bos probe coxerit, & alui excremen-
ta seu sponte, siue per infusum clyste-
rem deiecerit, propinatus enim ha-
ratione, neque conuulsiones, neque
contractiones, neque immodicam
purgationem facit.

Quibus conueniat elleborum in substantia,
ac de modis illud propinandi.

CAP. XX.

PROPOSITVS fuit tertius modus
dandi elleborum in substantia,
quod sectũ vel in ramenta concisum pro-
pinandum est his, qui maiore auxi-
liorum momento, maioreque super-
fluitatum euacuatione opus habent,
nec nõ fortioribus, audacioribusq;,
& his, qui facilius vomunt; contu-
sum autem, & tenuissimo cribro ex-
cussum adhuc his, qui audaciores
sunt, vel etiam consuetudinem ha-
bent, porrigi potest.

Se-

Sectum ex veterum ſententia, & od omnium efficaciſſimum eſt, paratur in hunc modum: *ſumuntur ucarum optimi ellebori ad minimum chma vna, vel ad ſummum drachmę æ, vel etiam binæ cum dimidia, forfici- i ſecantur in fruſtula ad ſeſami, vel po- tæ, aut furfuris magnitudinem, quod uerulentum eſt ex linteo excutitur, ac gmēta tenuia detrahuntur, ne languen- ſuffocari periclitetur.*

Ratio ſecandi.

Ramenta vero exhiberi debent ti- idioribus edēda, vbi in ſucco ptiſ- næ, vel alicę parum decocta ſint, rtioribus vero cum aqua calida vel ua mulſa, ita, vt cogas eos inſu- r ſorbere aquam mulſam, vel a- uam puram, ne aliquid in fauci- us, vel ſtomacho relinquatur: ea rs ſecti ellebori, quæ ſubſtantiam bet farinæ craſſioris, vbi in morta- o contuſa fuerit, pōdere drachmæ nius, & duorum obulorum ad ſum- um cribrata tenuiſſimo cribro, & rte eius tenuiſſima detracta datur x ſucco alicæ, vel mazæ ex polenta fa-

Modi exhibendi.

I.

factæ, id ſcilicet, quod eſt in ipſa ſo-
lidius, ac plenius. Quod vero tenu-
eſt, iterum contunditur, & diligen-
ter cribratur, dehinc ex melle præ-
cocto, & ſolidiſſimo in pilulas re-
formatur, quas deglutiendas porri-
gunt.

Pilulæ ex elleboro.

Modus Dioſcoridis.

Dioſcorides etiam *lib. 4. cap. 145.* ait
nonnullos dare elleborum in pulti-
ſorbitione, aut copioſo alicæ cremo-
re, aut paucum antea cibum exhibe-
ri pręcipientes, ſtatim elleborum of-
ferunt iis præſertim, quibus ſtrangu-
lationis ſuſpitio imminet, vel vale-
tudo corpus infirmat, quoniam hoc
modo nihil periculi deiectio mina-
tur, quod cibo munitis nõ intẽpeſti-
ue medicamentum corporibus offe-
ratur.

Alius Dioſcoridis.

Idem auctor docet aliam rationẽ
exhibendi elleborum, & eſt, vt elle-
bori radices immittantur in paſtam
triticeam, & inaſſentur, ſicut & ſca-
monium præparari ſolet, & ita præ-
paratum elleborum exhibeatur, cu-
ius vice aliqui reiecto elleboro, pa-
ſtam

n porrigunt, quæ abſque diſcri-
ne per ſuperiora, ac inferiora pur-
.

Alij vero loco paſtę accipiunt ma- *Aliorum.*
a citoneum, & in eo elleboro in-
o decoquunt inuoluendo cito-
m in paſta, & citonium imbecil-
ibus, elleborum vero robuſtiori-
propinant.

Braſauolus iubet elleborum ma- *Braſauoli.*
ari in aceto per octo dies, deinde
mbra ſiccari, & eo vti, vbi opus
.

Alius decoquit parumper radices *Cuiuſdam alterius.*
aceto albo optimo, quo abiecto
erimponit alterum, & decoquit
ſus, quouſque radices molles fa-
ſint, quæ poſtea ſupra linteum
enſæ, ac in vmbra ſiccatæ in pul-
em non admodum tenuem redi-
atur, cuius drachma exhibita, ſi-
vllo fere ægrotantium incommo-
præter illud, quod ad ſimpli-
n vomitionem ſubſequi ſolet, co-
ſa educit excrementa pituitoſa
tiſſimum.

Fal-

Fallopij. Fallopius aſſerit, has radices poſ etiam macerari in oleo amygdal rum dulcium, vel in vino citoni rum elixari.

Quæ ſint facienda poſt aſſumptum elleb rum pro vomitu, ac de effectibus purg tionis, remediis ſingultus, protractæq purgationis, & quomodo poſt purgati nem curandi.

CAP. XXI.

Quid poſt aſſumptum elleborum ſit exhibendum.

AB aſſumpto elleboro ex veter Medicorum ſentẽtia, exhibea tur aqua frigida, vel ad ſorbendum vel ad os colluendum, tum etiam a liquod odoramentum corroboran porrigatur; & ſi vires ſint validæ, ei perſuadebimus, vt ſedeant; ſi infir mæ, vt in ſtrato aliquo humi depreſ ſo vſque ad duas, vel tres horas de cumbant, mens aliqua lepida fabel la abducatur, extremæ partes con fricentur, & vinciantur, ne citius quam par eſt, medicamentum euo matur, poſtea ægroti in lectulo pen

ſili

, aut aliquo alio loco ſublimi col-
ati vomere permittantur. Vomi-
i primum circa ventriculum, &
ces percipiunt quēdam calorem,
iosa ſaliua ac humor in os con-
t, quibus ſputo reiectis, iterum pi-
tam obuolutam reiiciunt, tum in-
iecto ſpatio partem cibi, ac medi-
nenti cum pituita euomunt, idē-
e interiecto ſpatio faciunt; cum-
e medicamentum, ac cibum euo-
ierunt, pituitam cum exigua bilis
rtione reiectant, tum cum multa
e pituitam, denique bilem puram
munt, ſæpe etiam venter inferne
ducitur.

Signa purgationis tolerabilioris.

Quando ſane tolerabilior contin-
purgatio, ſingultiunt etiam leui-
tempore intermedio, & habent
iem alioqui ferme face ſuccēſam,
ubentem, tum venæ attolluntur,
lſuſque rariſſimi fiunt. Vbi vero
rgatio proceſſerit, probum colo-
n vultus acquirunt, pulſuſq; den-
ac maiores fiunt, ſingultus ceſſat,
longiori ſpatio interiecto, & pau-
la-

Signa quod purgatio proceſſit.

Curatio singultus in media purgatione suborti.

latim euomunt. Verum si in medii purgatione singultu vexentur, melli cratum, in quo ruta sit decocta, vel rutæ decoctum sorbēdum exhibeatur, & ad finem purgationis tepida aqua exhibeatur paululum intermittendo; tum & ipsam aquam, & si quid illi adiacet, euomant, imperare oportet; totum vero corpus aliquo pingui valde vngendum erit, & postea cibus ventriculo gratus offeratur. Hippocr. etiam cum aliis antiquis præcipit, post vnctionem interiecto duarum horarum interuallo corpus lauari debere, quod erat conueniens adiumentum illis temporibus, quibus balnea erant in frequentissimo vsu, nostris vero temporibus, cum vsus lauationum exoleuerit, ab eis erit abstinendum, nec nisi robustis, ac assuetis adhibendum.

Quomodo sumpti ellebori vis excitetur ad mouendum vomitum.

Vbi in longum purgatio per vomitum proferatur, vt excitetur virtus ellebori ad agendum, exhibita aqua mulsa simplici, vel ruta incocta, vel aqua oleo mixta, aut decocto

vua-

uarum passarum, vel hordei, cogi
ebent ad vomitum, etiam immissis
ennis in oleo communi vel nucum,
el amygdalarum intinctis, ac etiam
ecumbẽtes in pensili lectica dimo-
endi sunt. Quod si neque sic vo-
nant, ducendos esse in balneum iu-
et Paulus. Vbi vero euomere inci-
iunt, si quidem ratione fiat euacua-
o, nihil amplius molestiæ adhibere
onuenit, sed peracta purgatione,
rout opus erit, aqua mulsa exhibea-
ur ipsis moderate bibenda, vt dixi-
nus, vt superfluitates ex medicamẽ-
o eluantur, & paulo post cibus con-
octu facilis offeratur.

De variis ellebori vsibus, per clysteres, glandes, emplastrum, naribus impositionem, ac pedum irrigationes.

CAP. XXII.

PRISCI illi Medici optimarum rerum inuentores, sagacissimi, ac olectissimi non solum pro insanien-

 tibus,

tibus, verumetiam pro aliis, qui su[illegible] specta, vel odiosa habent per os medicamenta, & tamen omnino elleb[illegible]ori vsu opus habent, excogitarunt rationes purgandi per ellebori infusum, iniectum, admotum, ac odoratum. Antyllus sæpissime citatus accipiebat ellebori drachmas duas, ac in aquæ sextario vno, hoc est, vnciis viginti, per diem, ac noctem macerabat, & sequenti die decoquebat ad medietatis consumptionem, quam decoctionem per sedem infundebat, vt vomitum concitaret; sursum enim purgat, paulo tamen debilius, quam ellebori potio, & post sufficientem purgationem glandula acri subdita excretionem irritabat, quo infusum redderetur, & vomitus sisteretur, iniiciendo post excretionem semel, aut iterum aquam mulsam, quo intestina eluerentur.

Enema Antylli ex elleboro.

Plestonici glandes.

Plestonicus vero glandes aliter atque aliter ex elleboro tuso, ac cribrato, melleque cocto excepto ad

pur-

urgandum supernum ventrem ad-
ibere consueuerat, sed melius, ac
atius est, vt sumptis drachmis dua-
us ellebori, pessarium ipsum lanæ *Pessarium.*
omento solidiore obducatur, aut
bligetur, & caput tomenti per se-
em propendeat, quo post sufficien-
em purgationem suppositorium ex-
rahi possit, hoc enim modo ellebo-
um persusissime purgat, neque suf-
ocationes, neque aliud quodquam
ericulum inducit.

Diocles autem vtero etiam glan- *Dioclis glãs vterinus.*
em ex elleboro imponebat, & vo-
nitum prouocabat, quod vtrum fie-
i possit, necne, non leuem habet
lifficultatem, id autē nunquam ex-
ertus sum, nec scio aliquem, qui i-
tius periculum fecerit.

Dieuches anum elleboro instar *Dieuchis emplastrū ex elleboro.*
mplastri circumdabat, ex quo mo-
lo excitari vomitum, sed leuem ad-
nodum credere possumus.

Alij etiam irrigabant pedes cum *Irrigatio pedum ex elleboro.*
lecocto ellebori in aqua marina, o

 leo-

leoq; cyprio, & nitro infusis, asserẽtes ex hac perfusione pituitosos vomitus consequi, qui pedum & articulorum dolorib⁹ prodesse videantur.

Impositio narium ex elleboro.

Plestonicus etiam elleborum passo componens, & diluens vna cum felle odorandum iis dabat, quibus nec mucus è naso, neq; sputum posset procedere, vt vomitus facilius ꝓuocaretur, ac magis etiam, si quis eo diutius vteretur. Atque ita in plerisque ellebori vsus erat plurimus.

Quæ præparanda sint ante ellebori oblationem, quibus modis vomitus confestim factus inhiberi, & tardus cieri possit, ac vellicationibus, animique deliquiis auxiliari.

CAP. XXIII.

ET quoniam elleborum, cum non est rite paratũ, vel in debita mẽsura datum, sicut & alia quæuis vehementia medicamenta, vel etiam hu-

umores concocti,ac corpora dispo-
a,quędam mala ſymptomata exci-
re poteſt, lancinationem nempe,
ngulrum,ſtrangulationem,contra-
ionem, delirium, animi defectus,
miam purgationẽ, virium caſum,
immoderatos ſudores, quæ cum
ſunt, egent celeri remedio, ideo
ribaſius ac cęteri relati ſępius con-
unt, aliqua præparanda eſſe vt cõ-
tim auxilium adhiberi poſſit,vt le-
ulus ſublimis,& alius, qui ſtrata ha-
at,ceu lineas ab angulo ad angulũ
rducta, & tertius quoque penſilis,
ēterea ſpongiæ, aqua frigida, ac
ida, poſca, ac melicratum diuer-
modis confecta, quorum vnum
ſſopum incoctum habeat, aliud o-
anum,aliud rutam,aliud denique
mum, oleum commune, cypri-
m, melinum, irrinum, roſaceum-
e, emplaſtra,ellebori dilutum,cu-
rbitulæ, cuneoli, pennæ, ſternu-
orium,digitalia, clyſteres,fomen-
abſynthium, cibi & glandulæ,pa-

Ad vomitum præmaturum inhibendũ.

 nis

nis calidus, vinũ, pullus gallinaceus coctus, quæ tamen fere omnia nostris temporibus habemus in domibus priuatis, ac in officinis medicamentariis, necnon tonstrinis parata. Si itaque accepto elleboro quam primum ęgrotans reiicere per vomitum stimuletur, ac periculum sit, ne medicamentum reiiciat, priusquam vllum ex eo fructum ferat, vt ipsum contineat, acetum rosatum naribus admoueatur, os perpetuo aqua frigida colluat, vel succũ pomi acerbi gustet, immergat summos digitos, vel totam manum in aquam summe frigidam, & si turbatio non quiescat, arripiat mordicus cœpam communem bis, vel ter, & non mandat, sed mordeat tantum ipsam primis dentibus, posca porrigatur, & extrema valde constringantur, ac fricentur, muria per interualla indatur, vel cappares ex muria in ore contineat, ac sileat, nulloque agitetur motu, vel v. sedens sursum versus collocetur, eri

im

ꝑperandum. Quod ſi neque his au-
liis leuetur, cucurbitulæ cũ multo
ne dorſo, ac ori ventriculi applicẽ-
r, ac parum aquæ ſorbendum offe-
tur, ſique vehementer ſtimuletur,
rũm ſucci abſynthij aut eius deco-
i addendum erit, nemo enim ita
ocliuis erit ad vomitum, neq; ven-
iculũ habebit ita auerſum, qui non
duobus, vel tribus ex his remediis
uetur.

Quomodo vomitus nimirum tardus prouocandus.

Si vero contra ob ventriculi ro-
ır, vel aliam aliquam cauſam, pur-
ıtio debito tempore non incipiat,
nguens in ſublimi lectulo, qui de-
ſum vergat, collocabitur, & vomi-
s proritandus erit digitis in os inti-
ius immiſſis, tibię, ac poplites, quã-
urimum fieri poteſt, extendãtur, &
ectantur, itemq; ſpinam, & vtriuſ-
ıe manus pugnos in ventrem im-
ngant, vel alij impingant, ſi ipſi per
non poſſint. Quod ſi his peractis
õ ſuccedat euacuatio, in lectulo pẽ-
li habente ſtrata angularia agitabi-

 tur,

tur, & concutietur, ac mouebitur lectulus in latera, & erit inæqualis, vt motus nauigationi similis efficiatur, conabiturque æger digitis irino, vel cyprino oleo, vel etiam ſcamonij liquore intinctis, vomitum concitare. Sed ſi ita non ſequatur euacuatio, pennę anſerinę ex cauda octo vel decem, vel etiam digitalia relatis oleis intincta, in ſtomachum immittantur, digitalia vero conſuebant veteres ex corio carthaginenſi, aut alio quouis molliſſimo ad longitudinem digitorum decem, aut duodecim ad inſtar digiti, ex quibus ſpatium ſena digitorũ lana implebant, reliquum vero, quod quaternum digitorũ eſt, inane relinquebãt, vt digitis adaptaretur.

Ad vellitationem vẽtriculi.

Si ventriculus lancinetur, ſeu vellicetur, exhibeatur aqua calida, vel etiam frigida, vel decoctum hyſſopi, vel rutæ, vel pulegij, aut mellis.

Ad animi deliquia.

Quod ſi animi deliquia eueniant, odo-

doramentis refocillentur, vt aceti, omorum, panis calidi vini tostarum icularum, vel pulli gallinacei.

---

ffocationis periculo, vocis, ac sensus priuationi, & singultientibus, cum quibus succurrendum sit.

CAP. XXIV.

I propter difficultatem vomendi magna cum perturbatione imminat discrimẽ suffocationis, quæ strãulatio fit ob ingentem materiæ coam per elleborum ad superiores rtes attractam, & ex Herodoto conoscitur, quod in principio purgaonis modicum saliuæ expuunt, & im vehemens vomendi appetitus citatur, nihil excernunt, facies inmescit, oculi exeruntur, colligan-r, ac constipantur partes ad respitionem attinẽtes cum spirandi difcultate coniuncta: nonnulli vero nguam exerunt, & copioso sudore adescunt, alij dentes concutiunt,

Suffocationis imminentis signa.

Ff 5 eis-

eiſque mens tentatur. Cum igitur imminens periculum cognoſcitur, vel ſtrangulari videatur, & voce priuari, quam primum ſuccurrendum eſt, continua mellicrati ſorbitione, in quo ruta præcipue incocta ſit, vel aliquid aliud eorum, quæ prædicta ſunt, eaque paulatim, ac continenter propinentur, & ſtomachus prorite-tur, pennam, ſeu pennas ſimplices, vel oleo imbutas immittendo, vt pi-tuita, quæ locis deglutionis inſidet, atque inhęret, euellatur. Si vero valde perturbẽtur ægrotantes, infu-ſionis ſeu diluti ellebori cyathi tres, vel quatuor, hoc eſt, vnciæ quatuor & ſemis, vel ſex, aut paulo plus exhi-beantur, ſua enim qualitate purga-tioni opitulantur, & alia, quæ ad vo-mitum, prouocãdum adhiberi ſolẽt, vitari debent, nam cum ſint diuerſæ qualitatis, ſolum vẽtriculum immu-tant, elleborum vero non commo-uent. Verum ſi neque ex his reme-diis periculum ſuffocationis ſuble-

ue-

Curatio.

Si ægri valde perturbentur.

tur, acerrimo clyſtere res tranſi-
nda eſt, intermiſſionem enim pe-
culi præbet, & tempus ſuppeditat,
aliis remediis vti poſſimus, vt de-
de exhiberi poſſint galbani obuli
es, hoc eſt, ſcrupulus vnus cum di-
idio ad deglutiendum, non, vt vo-
itus concitetur, ſed vt ſtrangula-
onis periculũ vitetur, ſeu ſtrangu-
tio ſedetur, ſed ſi nec ita ſequatur
uatio, vt duos vetuſtiſſimæ vrinæ
yathos, hoc eſt, ℥. iij. boni ponde-
s abſorbeant, cogendi ſunt, aut ſter-
utatorium forte adhibeatur aſſidue
er lectum penſilem agitantes, & pẽ-
arum immiſſione irritantes.

Si voce & ſenſu deſtituantur.

Si voce, ac ſenſu deſtituantur, cu-
eolis eorum dentes diducantur in
tramque partem, & pennæ immit-
antur, aut digitalia indantur, ac ſter-
utatoria adhibeantur cum ellebo-
o ipſo, aut euphorbio, alioue conſi-
nili, nonnunquam enim ſternutan-
es vorticem quendam, ſeu glome-
um pituitoſum ſimul eiiciunt, quod
cum

cum ſtomacho ineſſet, ſuffocationis, & amiſſæ vocis cauſam afferebat. Si vero ſenſus, ac vocis priuatio perſeueret, ſtragulum aliquod admodum firmum, ac robuſtum extendatur, & ex duabus partibus teneant iuuenes robuſti, ac alij, qui contra ſeſe ſint conſtituti, qui veſtimentum ſublime à terra extendant, & in eo reclinato homine, qui elleborum ſumpſit, eum quandoq; in ſublime attollant, quandoq; circumuertant, nonnunquam in latus vtrumque deuoluant, aliis id latus, quod prope eos ſit, attollentibus, aliis vero deprimentibꝰ: his enim quaſſationibus à ſenſus priuatione ſubleuari poterit.

Curatio immoderati ſingultus.

Plerique, ac fere omnes, qui elleborũ accipiunt, ſingultu corripiuntur, qui ſi leniter, ac maiore interpoſito ſpatio intercurrat, permittẽdus erit: nam cum ſtomachum proritet, & quaſi recordationem excretionis eis ſuggerat, non eſt inutilis: ſi vero fuerit continuus, ac vehemens, & multis vibret, ac quatiat, & conuulſio-

iones inducat, imprimis mellicratū
n singulis ictibus calidius exhibea-
ur, parum rutæ incoquendo simul,
ut per se succum exprimēdo, & sin-
ulatim, aut ex mellicrato, aut calida
qua sorbendum propinetur. Si non
ubleuetur, sternutatorium adhi-
eatur. Et si ita molestia quoq; per-
euerer, per totam spinæ longitudi-
em cucurbitulæ admoueantur, si
utem admodum ossea spina fuerit,
lorso prius peruncto vnam cucurbi-
ulam sub magna colli vertebra affi-
ere, eamq; deducere sensim, ac de-
rsum in spinam trahere conandum
rit, cumq; ad eum locum perducta
rit, vbi ventriculus adiunctus est, a-
a quoque admoueatur prope ver-
ebram & ita etiam deducatur, atq;
a prima ablata, iterum superius ap-
onatur, nam sæpenumero cucur-
itæ affixę ventriculū à singultu con-
ractum, & veluti contortum diri-
unt, & ad suum statū redigunt. Præ-
erea extremæ partes vinculis exci-

pian-

piantur, ac calefiant fomentis, ac in aquam calidam immersis. Ad hæc non parum etiam iuuat, eos aliqua arte deterrere, vel quosdam pauores incutere, vel contumeliis eos lacessere, & vt magnas inspirationes edant imperare, atque etiam vt diu spiritum contineant, & longo tractu respirent.

Ad conuulsiones, calorem ventriculi, nimiam purgationem remedia, & quo modo timidi, ac insani decipiantur.

CAP. XXV.

Remedia ad conuulsionem.

EVENIRE etiam nonnunquam potest, vt ex purgatione per elleborum contractiones, seu cõuulsiones fiant præsertim in musculis, qui in cruris sura sunt, ac in femoribus, ac brachiis, musculis masticatoriis, in extremis pedibus, & potius etiam in manibus; quas sedare conabimur artus hos vngendo illinitione facta cum multa pinguedine, calefaciendo, fricando, ac fouendo, quibus etiam

ım valde auxiliatur cōpreſſio mu-
culorum manibus facta: nam qui in
orum ventribus collectus eſt ſpirit⁹
ontractionis auctor, manuum com-
reſſione eliditur. Præterea oleum
ycionium, ac vetus, & aliqua ex me-
icamentis, quæ laſſitudines ſedant,
: acopa vocantur, quæ calefaciunt,
c molliunt, ad illinitiones adhibe-
ıtur: addendo etiam caſtoreum, q̃
d deuorandum quoque porrigatur,
el cum mellicrato potādum, & me-
cratum copioſum cum ruta abſor-
eatur, hæc enim obtundere, ac le-
are contractiones ſolent. Iuuat ve-
eos imprimis balneū, ſeu ſolium:
leo totum corpus, & præſertim cō-
actæ partes multo oleo dulci inun-
ıntur, & in aqua bene temperata
iutius immorentur non ſemel tan-
ım, ſed & bis, & ter ſi opus fuerit,
el altero etiam die ſi conuulſione
orripiantur. Vbi vero ceſſauit con-
ılſio, & purgatio, ſtatim nutrire o-
ortet, panem exhibendo vino dilu-
to,

to, vel in omphaco mellite, hoc est succo vuæ albæ, ac melle, madefactũ, si vehementer sit purgatus.

Remedia ad calorem ventriculi.

Quod si à cibo calorem in ore ventriculi persentiat ægrotans omphacomelle calida aqua tẽperatum porrigatur, aliquãdo etiam cum frigida mixtum secunda die exhibeatur, exinde vero alimẽta sint boni succi, & vina tenuia, ac vetera.

Ad nimiam purgationem.

Cæterum si nimia contingat euacuatio, ægrotantes nutriantur, quiescant, ac dormire permittantur iuxta illud Hippocratis, *elleborum vbi volueris magis ducere, corpus moueas: vbi vero sistere, somnum inducas, & non moueas:* somn⁹ enim sistẽdi excretiones vim habet, quamuis sua spõte probe purgatis per elleborum multus, ac profundus succedere soleat. Præterea nimia purgatio sistenda erit cum aquæ calidæ potu ex Aetio, seu ex calidissimo potu teste Paulo, & Oribasio: & si perseueret, artus deligandi erunt, ac vehementer fricandi, & cu-

cur-

rbitulæ ad hypochondria, ac dor-
m, vel etiam ad stomachum affigē-
e, ac vi euellendæ. Absynthij quo-
ue potus egregie vomitum suppri-
it, sicut & cōprimere vim ellebori
imicis puluerem aceto subactum
osse Theophrastus *lib.9.de hist.plant.*
p.18. tradit. Si adhuc perseuerauе-
t, veniant in vsum soporifera dolo-
m mitigantia: alia enim ratione re-
ecationis, qua prædita sunt, & ra-
one inducti somni excretiones si-
endi facultatem habent.

Quomodo timidi & insani decipiantur.

Solet sæpius accidere, vt quidam
animi tenuitate, vel ex delirio el
borum, ac alia medicamenta re
uant, quibus insidias struere opor-
t, commiscendo elleborum cum a-
quo ferculo ipsis grato, ac consue-
: antiqui enim pulti triticeæ potis-
mum alicæ lotæ, ptisanæ tenerę, vel
ellitæ alicui placentæ, etsi vnica vi-
e conueniens quantitas dari nō po-
st, iusta mensura in plures, diuida-
r vices, vel res seu eiusdem rei par-

ticulas, vel ellebori ellectuarium, au
decoctum aliqua arte mixtum pro
pinetur.

De nigri ellebori effectibus, quibus morb
auxilietur, de modis exhibendi, ac corr
gendi illud, ac de illius dosi.

CAP. XXVI.

CVM satis superque de ellebor
albo verba fecerimus, de qu
nostra intentio potissimum fuit age
re, paucis verbis explicabim⁹ ea qu
pro vsu ellebori nigri vtilia esse cer
sentur.

Effectus. Nigrum igitur elleborum salubr
albo ex communi omnium cõsens
temperamentum melius, & corp
incolume, & veluti iuuenile effici
corpus vniuersum corruptis excr
mentis refertum purgat, clemente
ac citra molestiam vtramque bilem
ac pituitam per inferiorem ventrem
euacuat, sanguinemq; puriorẽ red
dit, excrementa sanguini permixt
attrahendo non solum à cauitatib

pa

tium; ſed & à toto corpore, ac et-
à remotis partibus, & cute ipſa,
culiariter vero caput, ac ſenſuum
trumenta, neruos, viſcera, ac vte-
efficaciſſime euacuat, ſicut Aetius
ſer. 3. & Meſue teſtantur. Prodeſt
rbis comitialibus, paralyſi, melã
licis, inſanientibus, hæmicraniis,
antiquis capitis doloribus, aquarũ
oculos fluxioni, ac in diuturno
rbo regio eſt vtile, articularibus
oribus, tumoribus ſcirrhoſis, ac
umis, ſplenis affectionibus, febri-
s diuturnis, ac per circuitũ redeũ-
us, quartanæ bilioſæ potiſſimũ, ac
quis affectionibus melancholicis
atu difficillimis auxiliatur, &, vt
eſue ait, eſt veluti theriaca, & per
tonomaſiam medicina elephãtiæ,
ncri, herpetis, eryſipelatis, exan-
ematũ, phagedenarum, ac aliarũ
tis aſperitatum, menſes inditũ tra-
, partus necat, purgat fiſtulas im-
ſitum, & die tertio detractum, cõ-
grauitatem auditus in aures de-
ttitur, ibique in alterum, aut ter-

Quibus morbis auxilietur.

tium diem inesse finitur; scabiem sa
nat illitum cum thure, aut cera, & pi
ce, ac cidrino oleo; vitiliginibus, le
pris, impetiginibus ex aceto mede
tur, dentium dolorem cũ aceto col
lutione mitigat; hydropicorum ven
tri vtilissime imponitur factũ ex eo
ac farina hordeacea, ac vino cata
plasma, ex Gal. in fistulam callo indu
ratam immissum, duobus, tribusu
diebus, callum extrahit.

Modi exhibendi.

Potest exhiberi in diluto, deco
cto, ac substantia; liquores, in quibu
macerari, vel decoqui debet, sunt, a
qua simplex, passum, acetũ mulsum
ius carnium gallinaceum præcipue
serum, vinum dulce, decoctum cor
diale, ac similes.

Quibus liquoribus poßit & debeat macerari.

Correctio.

Et quamuis vsus huius ellebori s
tutus, quoniam tamẽ aliquid offic
re potest, sicut & cętera purgantia n
correcta obsunt, ideo satius erit, et
cũ illo admiscere aliqua, quæ possit
reddere illis operationem faciliore
ac magis tutam, vt sunt semina ani
petroselini, citri, dauci, pulegiũ, tyn

br

a,cinamomũ,zinciber, passulæ, ac
a huius generis. Fallopius ait, quo-
am elleborum nigrum efficit ven-
culo, decoquendum esse in cito-
o pasta inuoluto, & sic coctum, ac
tractum seruandũ esse, vel in vino
toniorum semel decoqui debere.
omani Medici in suo antidotario
bẽt, radices macerari per biduum
calido succo citoniorũ, & exicca-
s infigi in integrum pomum cydo-
um cruda frumẽtacea pasta obdu-
ũ, ac in furno decoqui ad pastę co-
urã, & exemptas radices à refrige-
to pomo, ac exiccatas reponendas
se in loco sicco, quas biennio dura-
e asserũt. Ego adolescẽtulo mania-
o bis exhibui illi⁹ decoctũ paratum
ũ semine citri, anisorũ, & cinnamo-
no in vnciis octo decocti cordialis
rima vice ad ℈.iiij secũda ad ʒ.ij. ad
õsumptionem quartæ partis vna cũ
j. electuarij de succo rosarũ, & pri-
na cũ ʒ. iij. Mannæ, & sine molestia
lla, ac virium imbecillitate multa e-
luxit crassa, ac nigra excremẽta, bi-

 lio-

liosaque simul fœlicissimo successu
Mensura huius ellebori antiquioribus
erat ex Oribasio binæ drachmę vini
dulci, ac oxymellite aspersæ, & in lẽ-
tibus; vel ptissana, aut iure gallinaceo
decoctę, quas ad sorbendum exhi-
bebãt. Quod si efficaciorẽ alui deie-
ctionẽ moliri erat in animo, pauxillũ
scãmonij admiscebant, vt vni drach-
mæ ellebori tres scammonij obulos,
Aetius, & Actuari⁹ scribunt. ꝓpinari
põdere scrupulorũ ternum, aut pau-
lo plus. Manardus asserit, drachmã
vnam potam parũ profuisse. Mesue
in hac parte nimis timidus nõ audet
trãscendere drachmam vnam. Fallo-
pius exhibet huius ellebori prępara-
ti in substantia ℈. ij. in robustis vero
maiorem mẽsuram, in dilutis, ac de-
coctis ab vna ad duas drachmas, ali-
quando ad duas cum dimidia, sed ra-
ro propinasse. Leonardinus Iachin⁹
peritissimus Medicus accipiebat *elle-
bori* ʒ. *ij. aquæ* ℔. j. *cinamomi, dauci, epi-
thymi an* ʒ. *ß. passularum, florum buglossi
an m ß.* & facta *per horas quinque infusione,*

ac-

*lecoctione ad medietatem cũ medico sac-
ri porrigebat*. Matthiolus *lib. 3. epist.*
bet suum elleborismum in quarta-
offerendum. Massaria *lib. 5. suæ præ-*
pro curanda quartana recipit, *elle-
i drachmas duas, sem. anisorum. sem.
i an ʒ. j. spicæ gr. 5.* facit infusionẽ,
decoctionem ex aqua secundum
em, & colo transfusa decoctione,
us vncias quatuor exhibet vna cũ
ciis duabus, ac semis syr. de pomis
positi. In substantia, *specierum hie-
simpl. ℈. ij. cort. rad. ellebori nigri pul-
rizati ʒ. ß. & cum syr. de fumoterra cõ-
ito miscet, & in pilulas redigit*. Ego an-
1602. iuueni laboranti quartana
ore exquisita, concoctis humori-
s congruo tempore propinaui, el-
ori ʒ. ij. in ℥. viij. decocti coquan-
r ad ^tertiæ partis consumptionem cum
iiij. elect. lenitiui, & mediocriter
uxit.

FINIS COMMENTARII
de Elleboro.

Soli DEO honor, & gloria.